
PROPHETICÆ LACRYMÆ
IN FVNERE DEI HOMINIS POETICIS NÆNIIS TEMPERATÆ.

AUTORE


ANTONIO PALMERIO
SOC. JESU.





NEAPOLI, M.DC.XCIX.
Apud De Bonis Typogr. Archiepiscopalem.
Superiorum Licentia.





FERIA QUINTA.

IN PRIMO NOCTURNO.

Psalmus 68.

1. 2. 3.
Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.
Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. (undis:
Horrida venit hyems; superantibus obruor
Heu! Pater: absorbent Gurges, Arena, lutū.

4
Laboravi clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. (petitum,
Dum peto, dum repeto auxilium, repetoque
Caligo, & rauca fauce loquela gemit.

5. 6.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Confirmati sunt qui persequuti sunt me inimici mei; quæ non rapui tunc exolvebam.

Cui nocui? cui pravus erã? sed perfida Corda
Quis numeret? dispar est coma tota Malis.

7

Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. (plectis:

Non mea sunt, mea quæ Genitor tot crimina
Pro Patre, pro falsis Fratribus obses eram.

8. 9. 10.

Non erubescent in me, qui expectant te Domine virtutum.

Non confundantur super me, qui quærunt te Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.

Erubui, dum stare reũ me Turba reclamat:
Vita sit Isacidæ, sit rubor iste Salus.

11

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

Ipse etiam Judæus eram; sed clamor it altus:
Est hospes, vagus, est extera progenies.

12

Quoniam zelus Domus tuæ comedit me.

Pectus amore calet, sed & æstuat, uritur, urit;
Dũ sacra cõspurcat Tẽpla profana Manus.

12

Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Heu pietas! dum lingua procax sua scōmata (vibrat,
In Te,quæ jaciunt,sunt mea probra,Pater.

13. 14.

Et operui in jejunio animam meam,& factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium,& factus sum illis in parabulam.

Contortum, tectumque caput,jejunia,saccus
Ludicra vesanæ fabula Plebis erant.

15

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta.

Vos Solymes narrate Fores,quæ damna,Cru-(cesque
Judicio addicti quot crepuere Senes ?

15

Et in me psallebant qui bibebant vinum.

Vos etiam testes Triclinia dicite, fœdo
Uvidus Irrisor quod vomit ore melos ?

16. 17.

Ego vero orationem meam ad te Domine,tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me in veritate salutis tuæ.

Sed precibus jam tempus adest : ne longa (moretur
Mors Natum in tumulo ; sit brevis hora (Pater.



18. 19. 20.

Eripe me de luto, ut non infigar; libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua; secundum multitudinem miserationarum tuarum respice in me.

Est satis à summo pes sordidus, erue, limo;
Sat mare subversis exagitavit aquis.

21. 22.

Et ne avertas faciem tuam à Puero tuo; quoniam tribulor; velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me.

Tutor eris, nam Tutor eras: Puer ipse Malignis
Opprimor: abjectũ Dextra Paterna levet.

23. 24.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me; improperium expectavit cor meum, & miseriam.

Cuncta vides: en Turba procax, en risus in Hoste;
En mihi purpureis frons saturata notis.

25

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inveni.

Tristis eram, tristi quis contristatus adhæsit?
Non ullus sermo dulcis amara linit.

26

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.

Clamabam:sitio,heu pietas satis impia! potũ
Non faciles lymphæ, fellea vina dabant.

27

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum.

Tortilis ora premat jurata funis in esca;
Subdolus ut fracta glãde coarctat aprum.

28. 29.

Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Lux faveat non ulla oculis liventibus: æquũ (est
Incurvata illis terga negare diem.

30

Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Exul eat Gens illa procul:sit inhospita sedes,
Sit tibi, sit Sociis antra, Chelydre, tuis.

31

Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt.

Humanæ tuleram non pauca incommoda (vitæ:
Hostiles addunt, & mage dura manus.

31

Et super dolorem vulnerum eorum addiderunt.

Est flagris plaga una caro: nec cædis amãtes
Addere vulneribus vulnera sæva pudet.

32. 33.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur.

Crimen amat Solimus, Solimum nova crimina damnent;
Impia, qui Vitæ es, Nomina, perde Liber.

34. 35.

Ego sum pauper, & dolens: salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Nudatum vidit, simul audiit Aura gementē;
Ad sacra nunc mecum carmine plaude, Dies.

36

Et placebit Deo super vitulum novellum cornua producentem, & ungulas.

Victima grata satis cecidi, gemitusq; dolētes
Æterno fuerunt murmura cara Patri.
Non tantum vituli mugitus amatur in ara,
Cui primum cornu, cui tener unguis hiat.

37. 38.

Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.

Vos Humiles, quibus ima domus, vos cura Tonantis,
Fidite, cui tantas debet hic Orbis opes.



39. 40.

Laudent illum Cœli, & Terra, Mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion, & ædificabuntur Civitates Juda. (hymnos;

Jam nova surge Sion: Mundus canat integer
Erige, qui repis, laude vocante, caput.

41. 42.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam, & qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea.

Non unquam fuerit fœlicior Ordo Nepotũ;
Civis hic æterna in luce perennis erit.

Psalmus 69.

I

Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me festina. (ictu;

Qui Deus esse vales properum tutamen ab
Num jam percusso Vertice callis eris?

2. 3. 4.

Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge Euge. (fatigat,

Invisam hanc Animam quos perdere cura
Deiice: præproperus narret iniqua rubor.

5

Exultent, & lætentur in Te omnes, qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Plausibus exultent Magnũ Nomẽ venerãtes,
Fervidus & quibus est Noster Jesus amor.

6. 7.

Ego vero egenus, & pauper sum;
Deus adjuva me.
Adjutor meus, & liberator meus es Tu,
Domine ne moreris.

Frigida vix, vix esca datur;vix vestis amato
Permissa est Genito:sunt,Pater,illa preces.

Psalmus 70.

1. 2. 3. 4.

In te Domine speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & salva me.
Esto mihi in Deum Protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias.
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es Tu.

Quam bene, si servanda salus, tibi credita, (tuta est!
Non cadit adversis spes, nec iniqua rogat.

5

Deus meus eripe de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Prævalet hostili,sine Te,furor impete,Numẽ;
Me quoque cõculcant,qui tua jura terunt.

6

Quoniam tu es patientia mea Domine; Domine spes mea à juventute mea.

Instruis impubē, & puero tutamen adhæres;
Ex utero melius, quā Nurus empta, levas.

7. 8.

In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis; & tu Adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

Laude diu cantandus eras, cum Filius ense
Imminet; & profugus cogitur ire Pater.

9

Ne proiicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.


Vir modo, canescā; lāguescet pristina Virtus;
Ni validet Supero robore Dextra, cadet.

10. 11.

Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Est solus, dixere, fugit sine Numine Princeps:
Opportuna satis cædibus hora venit.



12. 13.

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ; operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.

Sed propè si fueris, calybes cecidere rebelles;
Et simul erumpet turpis ab ore pudor.

14. 15.

Ego autem semper sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justitiam tuam: tota die salutare tuum.

Spes viridis, spes viva manet: dabit illa ca- (nenti
Carmine inocciduo contumulare diem.

16

Quoniam non cognovi litteraturam introibo in potentias Domini: Domine memorabor justitiæ tuæ solius.

Non astus, variosque rotans versutia vultus,
Justitia est cordi: quæ docet ista, sequor.

17

Deus docuisti me à juventute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Audiit è cathedra mea Te primæva Juvẽtus;
Quæ didici edoceã grandia, mira, memor.

18. 19.

Et usque in senectam, & senium Deus ne derelinquas me;

Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.

Ipse Senex pandam sero tua facta Nepoti;
Psallere si dederis guttura rauca Senis.

20

Potentiam tuam, & justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi?

Infima narrabo, tum quæ facis Alta, Creator:
Quis validus positis poneret æqua Faber;

21. 22.

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas? & conversus vivificasti me; & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam, & conversus consolatus es me.

Sæpe laborantem quasi sorbuit alta vorago:
Fortis at abjectum surgere posse dabas.

23

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cythara Sanctus Israel.

Fila decem, Pueri celeres, Vas ferte canorũ,
Ferte lyras; psalmo non satis illa decem.

24

Exultabunt labia mea cum cantavero tibi, & anima mea, quam redemisti.(in hymnos;
Flabra cient, plus lætus Amor; labra consona
Et saliet Plagis Vita redempta tuis.

25

Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam suam, cum confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Justitiæ Columen meditantia corda levẽtur;
Hostiles Animas sternet in ima pudor.

INCI-

INCIPIT LAMENTATIO JEREMIÆ PROPHETÆ.

LECTIO PRIMA. *Cap. 1.*

1
Quomodo sedet sola Civitas plena populo. (bus aures,
En lacrymis quot Mysta gemit: det questi-
Si nescit fletus addere cæca Sion. (sedes
Heu dolor! occubuit Solime, fit inhospita
Quæ fuerat multo Cive decora Parens.

2
Facta est quasi vidua Domina Gentium.
Sola gemit depressa olim dominata tot oris;
Illacrymat Natis sic viduata Nurus.

3
Princeps Provinciarum facta est sub tributo.
Jessæi Regina Soli, servilia censu
Colla trahit, durum ferre coacta jugum.

4
Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus.
Lunaris dic Umbra tuus num roscidus imber,
An Solimes major ros lacrymosus erat?

5
Non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus.
O'ubi Idumæus tibi fœdere junctus, & Assur?
Num Miseram verbo lenit Amica Pharos?

Migra-

6

Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitutis: habitavit inter Genus, nec invenit requiem.

It profugus Judas; fuga nec fera vincula vitat.
Sorte Vagum vexat non leviore Moab.

7

Omnes persequutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

Quid faceret multo circumdatus undique ferro?
Cuncta tenent Hostes; vallat ubique chalybs.

8

Viæ Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad sollemnitatem.

Conticuit Sollemne melos: deserta Sionis
Templa silent: posuit nablia festa Dies.

9

Omnes portæ ejus destructæ; Sacerdotes ejus gementes.

Planta inimica fores, subversaque mœnia calcat;
Non resonant Mystæ, non calet Ara focis.

10

Virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

Mæsta gemit, nigrata sinus, squalore Puella
Fusa genas: ò qui Matris amaror erat!

11

Facti sunt Hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt.

Excussit diadema sacrum, dominantia collo
Lora jacit spoliis Dives, iniqua Manus.

12

Quia Dominus loquutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus. (ses;

Præscius hæc doluit Populi tam tristia Mo-

Hæc sacer in scelerum damna futura Tri-

13 (pus.

Parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis. (los:

Heu Pietas! Rheda immitis jubet ire Puel-

Heu! etiã imparili crure præire rotas. (descit;

Heu Pietas! du labra tremunt, via lacte ma-

Heu! simul & tenero à sãguine fusa rubet.

LECTIO SECUNDA.

1

Et egressus est à Filia Sion omnis decor ejus. (stas:

Pallescit, quæ candor erat Solimæa Venu-

Sic Cane sub rabido floridus aret Ager.

2

Facti sunt Principes ejus velut Arietes.

Excruciat durata fames, maceratque Potẽtes,

Pinguis ut in sicca fronde macescit Ovis.

3

Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ, & prævaricationis. (mebas:

Volue, revolue Sion quot cladibus icta ge-

Non potuit duro in vepre tacere Dolor:

Irritasse Deum memorare rebellibus ausis,

Tantaque criminibus damna vocata tuis.

4

Omnium desiderabilium, quæ habuerat à diebus antiquis. (Thyaras,
Sanguineum laticem memor es mersisse
Thura, Scyphos, Clamydes, & decus omne (vetus.

5

Viderunt eam Hostes, & deriserunt Sabata ejus. (cachinno,
Qui clangor, qui luctus erat! cum Templa
Cum tua ridebant Otia sacra Syri.

6

Peccatum peccavit Jerusalem; propterea instabilis facta est.
It vaga Plebs Judæ meritis agitata procellis;
Fertur ut infensis flatibus acta Ratis.

7

Omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam. (stro,
Quæ, celebrata pari fueras, Urbs inclyta Si-
Vilis es, Assyriis fabula facta jocis.

8

Quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gemens conversa est retrorsum. (palla,
Dedecus heu quantum! rapta ceu Fæmina
Obversis humeris, & pudibunda gemis.

9

Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui.
Fæda fit à nixu veluti cui fimbria Mater,
Sperneris; haud memoras, quæ lutulenta (trahis.

10

Deposita est vehementer.
Procubuit Turrita Sion; gravis ariete Turbo
Dum quatit, in præceps corruit altus Apex.

Non

11

Non habens Consolatorem. (lenti,
Nulla manus levat abjectam : tot amara do-
Roscida detergit lumina nulla manus.

12

Vide Domine afflictionem meam quoniam erectus est Inimicus. (cerdos:
Pro Patria illacrymor Civis, pro Thure Sa-
Erige depressos, quotque Superba,rue.

LECTIO TERTIA.

1

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus. (Ammon?
An memorem quæ rapta tulit Chaldæus,&
Proh facinus! Mythram, cyclada ,Thura,

2 (libros.

Quia vidit Gentes ingressas Sanctuarium suum,de quibus praceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. (ausis ;
Spreta palam tumidis Sacraria vidimus
Et vetitis gradibus Saxa verenda teri.

3

Omnis Populus ejus gemens, & quærens panem.
Obsessam arrodunt Jejunia longa Sionem;
Circuit exucca fauce levanda Fames.

4.

Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam Animam. (pellex!
Pulmentum quam vile dabat pretiosa su-
Fætidus heu quanto penditur ære cibus!

5

Vide Domine, & considera, quia facta sum vilis.

Ludibrium, qui cuncta regis, Deus, inspice nostrum;
Despectũ opprobriis ne superadde tuum.

6

O' vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

Fige gradus, oculosq; Urbi, miserate Viator;
Si dederint fletus, quæ dolet illa, vide.

7

Quia vindemiavit me, ut loquutus est Dominus in die iræ furoris sui.

Messuit irritata Manus, vindemiat Ira:
Vix superest Populo, culmus, arista, botrus.

8

De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.

Immissa è Cœlo, quasi Fabra, hæc levigat Ossa,
Atque Hominem format Flamma Magistra rudem.

9

Expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum.

Quo fugerẽ? contexta viã plaga lata negabat;
Sic vaga diffuso rete, tenetur Avis.

10

Posuit me desolatam, tota die mærore confectam.

Angores narrate meos lux testis, & Umbra:
Perpetuus fuerat, corde gemente, dolor.

11

Vigilavit jugum iniquitatum mearum.

Heu fatuo mentite Sopor placida otia cordi!
Me premit inducta à crimine Pœna vigil.

In

12

In manu ejus convoluta sunt, & imposita collo meo. (runt:
Criminibus durata jugum tormenta dede-
Quam grave, quam longum colla terebat
13 (onus!
Infirmata est Virtus mea; dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.
Ægra gemit robusta Sion; ad pondera Vires
Procubuere: impar debile Tergus erat.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Psalmus 71.

1. 2.
Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam Filio Regis.
Judicare Populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio.
Da Regi, qui cuncta vales, da robora Mentis:
Æquata in Genito lanx data Regna, regat.

3
Suscipiant montes Pacem, & colles justitiam.
Pacificus Regnator adest: fera ponite Bella:
Cuspis erit lances; ensis aratra dabit.

4
Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. (cat,
Quos humiles fastus, & avara calumnia cal-
Eriget: abjecta fronte Malignus eat.

5

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam in generationem, & generationem. (annos
Ad plures Rex, Christe Nepos, dominaberis
Sic Sol, sic memori sydera luce canent.

6

Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. (in antrum!
Quam tacitis gradibus veniet novus Hospes
Sic pluvia in vellus, dum cadit alta, silet.

7

Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia Pacis, donec auferatur Luna.
Justitiam comitata suam Pax longa reducet:
Sunt procul instabiles, quæ tibi, Luna, vices.

8

Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis Terrarum.
Est littus data meta Mari, non meta Coronæ;
Idem Orbis fuerit finis, & Imperii.

9

Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.
Ibit in obsequium, facies cui Solibus atra est;
Barbara cogetur lambere lingua Solum.

10

Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent.
Ite, procul deducta novo date munera Regi
Vos, quibus ad nutū servit odorus Arabs.

Et

32. 33.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur. (mina damnent:

Crimen amat Solimus, Solimum nova cri-
Impia, qui Vitæ es, Nomina, perde Liber.

34. 35.

Ego sum pauper, & dolens: salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Nudatum vidit, simul audiit Aura gementē;
Ad sacra nunc mecum carmine plaude,

36 (Dies.

Et placebit Deo super vitulum novellum cornua producentem, & ungulas.


Victima grata satis cecidi, gemitusq; dolētes
Æterno fuerunt murmura cara Patri.
Non tantum vituli mugitus amatur in ara,
Cui primum cornu, cui tener unguis hiat.

37. 38.

Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit. (Tonantis,

Vos Humiles, quibus ima domus, vos cura
Fidite, cui tantas debet hic Orbis opes.



Laudent

39. 40.

Laudent illum Cœli, & Terra, Mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion, & ædificabuntur Civitates Juda. (hymnos;

Jam nova surge Sion: Mundus canat integer
Erige, qui repis, laude vocante, caput.

41. 42.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam, & qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea.

Non unquam fuerit fœlicior Ordo Nepotũ;
Civis hic æterna in luce perennis erit.

Psalmus 69.

I

Deus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me festina. (ictu;

Qui Deus esse vales properum tutamen ab
Num jam percusso Vertice callis eris?

2. 3. 4.

Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge Euge. (fatigat,

Invisam hanc Animam quos perdere cura
Deiice: præproperus narret iniqua rubor.

5
Exultent, & lætentur in Te omnes, qui quærunt te, & dicant semper: Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Plausibus exultent Magnũ Nomẽ venerãtes,
Fervidus & quibus est Noster Jesus amor.

6. 7.
Ego vero egenus, & pauper sum;
Deus adjuva me.
Adjutor meus, & liberator meus es Tu,
Domine ne moreris.

Frigida vix, vix esca datur; vix vestis amato
Permissa est Genito: sunt, Pater, illa preces.

Psalmus 70.

1. 2. 3. 4.
In te Domine speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & salva me.
Esto mihi in Deum Protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias.
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es Tu.

Quam bene, si servanda salus, tibi credita, (tuta est!
Non cadit adversis spes, nec iniqua rogat.

5
Deus meus eripe de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Prævalet hostili, sine Te, furor impete, Numẽ;
Me quoque cõculcant, qui tua jura terunt.

Quo-

6

Quoniam tu es patientia mea Domine; Domine spes mea à juventute mea.

Instruis impubẽ, & puero tutamen adhæres;
Ex utero melius, quã Nurus empta, levas.

7. 8.

In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis; & tu Adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

Laude diu cantandus eras, cum Filius ense
Imminet; & profugus cogitur ire Pater.

9

Ne projicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.


Vir modo, canescã; lãguescet pristina Virtus;
Ni validet Supero robore Dextra, cadet.

10. 11.

Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Est solus, dixere, fugit sine Numine Princeps:
Opportuna satis cædibus hora venit.



12. 13.

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ; operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.

Sed propè si fueris, calybes cecidere rebelles;
Et simul erumpet turpis ab ore pudor.

14. 15.

Ego autem semper sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justitiam tuam: tota die salutare tuum.

Spes viridis, spes viva manet: dabit illa canenti
Carmine inocciduo contumulare diem.

16

Quoniam non cognovi litteraturam introïbo in potentias Domini: Domine memorabor justitiæ tuæ solius.

Non astus, variosque rotans versutia vultus,
Justitia est cordi: quæ docet ista, sequor.

17

Deus docuisti me à juventute mea, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Audiit è cathedra mea Te primæva Juvẽtus;
Quæ didici edoceã grandia, mira, memor.

18. 19.

Et usque in senectam, & senium Deus ne derelinquas me;

Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est.

Ipse Senex pandam sero tua facta Nepoti;
Psallere si dederis guttura rauca Senis.

Po-

20

Potentiam tuam, & justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi?

Infima narrabo, tum quæ facis Alta, Creator:
Quis validus positis poneret æqua Faber;

21. 22.

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas? & conversus vivificasti me; & de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam, & conversus consolatus es me.

Sæpe laborantem quasi sorbuit alta vorago:
Fortis at abjectum surgere posse dabas.

23

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cythara Sanctus Israel.

Fila decem, Pueri celeres, Vas ferte canorũ,
Ferte lyras; psalmo non satis illa decem.

24

Exultabunt labia mea cum cantavero tibi, & anima mea, quam redemisti. (in hymnos;
Flabra cient, plus lætus Amor, labra consona
Et saliet Plagis Vita redempta tuis.

25

Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam suam, cum confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Justitiæ Columen meditantia corda levẽtur;
Hostiles Animas sternet in ima pudor.

INCI-

INCIPIT LAMENTATIO JEREMIÆ PROPHETÆ.

LECTIO PRIMA. *Cap.* 1.

1

Quomodo sedet sola Civitas
plena populo. (bus aures,
En lacrymis quot Mysta gemit: det questi-
Si nescit fletus addere cæca Sion. (sedes
Heu dolor! occubuit Solime, fit inhospita
Quæ fuerat multo Cive decora Parens.

2

Facta est quasi vidua Domina Gentium.
Sola gemit depressa olim dominata tot oris;
Illacrymat Natis sic viduata Nurus.

3

Princeps Provinciarum facta
est sub tributo.
Jessæi Regina Soli, servilia censu
Colla trahit, durum ferre coacta jugum.

4

Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ
ejus in maxillis ejus.
Lunaris dic Umbra tuus num roscidus imber,
An Solimes major ros lacrymosus erat?

5

Non est qui consoletur eam ex
omnibus caris ejus.
O'ubi Idumæus tibi fœdere junctus, & Assur?
Num Miseram verbo lenit Amica Pharos?

Migra-

6

Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitutis: habitavit inter Genus, nec invenit requiem.

It profugus Judas; fuga nec fera vincula vitat.
Sorte Vagum vexat non leviore Moab.

7

Omnes persequutores ejus apprebenderunt eam inter angustias. (ferro?
Quid faceret multo circumdatus undique
Cuncta tenent Hostes; vallat ubique chalybs.

8

Viæ Sion lugent, eo quod non sit qui veniat ad sollemnitatem.

Conticuit Sollemne melos: deserta Sionis
Templa silent: posuit nablia festa Dies.

9

Omnes portæ ejus destructæ; Sacerdotes ejus gementes. (calcat?
Planta inimica fores, subversaque mœnia
Non resonant Mystæ, non calet Ara focis.

10

Virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

Mæsta gemit, nigrata sinus, squalore Puella
Fusa genas: ò qui Matris amaror erat!

11

Facti sunt Hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt.

Excussit diadema sacrum, dominantia collo
Lora jacit spoliis Dives, iniqua Manus.

12

Quia Dominus loquutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus. (ses;

Præscius hæc doluit Populi tam tristia Mo-

Hæc sacer in scelerum damnã futura Tri-

13 (pus.

Parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis. (los:

Heu Pietas! Rheda immitis jubet ire Puel-

Heu! etiã imparili crure prçire rotas. (descit;

Heu Pietas! du labra tremunt, via lacte ma-

Heu! simul & tenero à sãguine fusa rubet.

LECTIO SECUNDA.

1

Et egressus est à Filia Sion omnis decor ejus. (stas:

Pallescit, quæ candor erat Solimæa Venu-

Sic Cane sub rabido floridus aret Ager.

2

Facti sunt Principes ejus velut Arietes.

Excruciat durata fames, maceratque Potẽtes,

Pinguis ut in sicca fronde macescit Ovis.

3

Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ, & prævaricationis. (mebas:

Volue, revolue Sion quot cladibus icta ge-

Non potuit duro in vepre tacere Dolor:

Irritasse Deum memorare rebellibus ausis,

Tantaque criminibus damna vocata tuis.

Omnium

4

Omnium desiderabilium, quæ habuerat à diebus antiquis. (Thyaras,
Sanguineum laticem memor es mersisse
Thura, Scyphos, Clamydes, & decus omne (vetus.

5

Viderunt eam Hostes, & deriserunt Sabata ejus. (cachinno,
Qui clangor, qui luctus erat! cum Templa
Cum tua ridebant Otia sacra Syri.

6

Peccatum peccavit Jerusalem; propterea instabilis facta est.
It vaga Plebs Judæ meritis agitata procellis;
Fertur ut infensis flatibus acta Ratis.

7

Omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam. (stro,
Quæ, celebrata pari fueras, Urbs inclyta Si-
Vilis es, Assyriis fabula facta jocis.

8

Quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gemens conversa est retrorsum. (palla,
Dedecus heu quantum! rapta ceu Fæmina
Obversis humeris, & pudibunda gemis.

9

Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui.
Fæda fit à nixu veluti cui fimbria Mater,
Sperneris; haud memoras, quæ lutulenta
10 (trahis.

Deposita est vehementer.
Procubuit Turrita Sion; gravis ariete Turbo
Dum quatit, in præceps corruit altus Apex.

Non

11

Non habens Consolatorem. (lenti,
Nulla manus levat abjectam : tot amara do-
Roscida detergit lumina nulla manus.

12

*Vide Domine afflictionem meam quo-
niam erectus est Inimicus.* (cerdos:
Pro Patria illacrymor Civis, pro Thure Sa-
Erige depressos, quotque Superba, rue.

LECTIO TERTIA.

1

*Manum suam misit hostis ad omnia
desiderabilia ejus.* (Ammon?
An memorem quæ rapta tulit Chaldæus, &
Proh facinus! Mythram, cyclada, Thura,

2 (libros.

*Quia vidit Gentes ingressas Sanctuarium
suum, de quibus præceperas ne intra-
rent in Ecclesiam tuam.* (ausis,
Spreta palam tumidis Sacraria vidimus
Et vetitis gradibus Saxa verenda teri.

3

*Omnis Populus ejus gemens, &
quærens panem.*
Obsessam arrodunt Jejunia longa Sionem;
Circuit exucca fauce levanda Fames.

4

*Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad
refocillandam Animam.* (pellex!
Pulmentum quam vile dabat pretiosa su-
Fætidus heu quanto penditur ære cibus!

Vide

5

Vide Domine, & considera, quia
facta sum vilis. (nostrum;
Ludibrium, qui cuncta regis, Deus, inspice
Despectū opprobriis ne superadde tuum.

6

O' vos omnes, qui transitis per viam, attendite;
& videte, si est dolor, sicut dolor meus.
Fige gradus, oculosq; Urbi, miserate Viator;
Si dederint fletus, quæ dolet illa, vide.

7

Quia vindemiavit me, ut loquutus est Dominus in die iræ furoris sui.
Messuit irritata Manus, vindemiat Ira:
Vix superest Populo, culmus, arista,
8 (botrus.
De excelso misit ignem in ossibus
meis, & erudivit me. (Ossa,
Immissa è Cœlo, quasi Fabra, hæc levigat
Atque Hominem format Flamma Magi-
9 (stra rudem.
Expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum.
Quo fugerē contexta viā plaga lata negabat;
Sic vaga diffuso rete, tenetur Avis.

10

Posuit me desolatam, tota die mærore confectam.
Angores narrate meos lux testis, & Umbra:
Perpetuus fuerat, corde gemente, dolor.

11

Vigilavit jugum iniquitatum mearum.
Heu fatuo mentite Sopor placida otia cordi!
Me premit inducta à crimine Pœna vigil.

12

In manu ejus convoluta sunt, & imposita collo meo.

Criminibus durata jugum tormenta dede- (runt:
Quam grave, quam longum colla terebat (onus!

13

Infirmata est Virtus mea; dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

Ægra gemit robusta Sion;ad pondera Vires
Procubuere: impar debile Tergus erat.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Psalmus 71.

1. 2.

Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam Filio Regis.

Judicare Populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio.

Da Regi, qui cuncta vales,da robora Mentis:
Æquata in Genito lanx data Regna,regat.

3

Suscipiant montes Pacem, & colles justitiam.

Pacificus Regnator adest: fera ponite Bella:
Cuspis erit lances; ensis aratra dabit.

4

Judicabit pauperes populi,& salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Quos humiles fastus, & avara calumnia cal- (cat,
Eriget: abjecta fronte Malignus eat.

Et

5

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam in generationem, & generationem. (annos
Ad plures Rex, Christe Nepos, dominaberis
Sic Sol, sic memori sydera luce canent.

6

Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. (in antrum
Quam tacitis gradibus veniet novus Hospes:
Sic pluvia in vellus, dum cadit alta, silet.

7

Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia Pacis, donec auferatur Luna.
Justitiam comitata suam Pax longa reducet:
Sunt procul instabiles, quæ tibi, Luna, vices.

8

Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis Terrarum.
Est littus data meta Mari, non meta Coronæ;
Idem Orbis fuerit finis, & Imperii.

9

Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.
Ibit in obsequium, facies cui Solibus atra est;
Barbara cogetur lambere lingua Solum.

10

Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent.
Ite, procul deducta novo date munera Regi
Vos, quibus ad nutū servit odorus Arabs.

11

Et adorabunt eum omnes Reges Terræ; omnes Gentes servient ei.

Nac satis Infanti fuerint tria Regna colẽdo?
Tota suis etiam vocibus adstat Humus.

12. 13.

Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum salvas faciet.

Attrivit miseram fastosa Superbia Plebem:
Deprimet illa suum, mox levet ista Caput.

14

Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram ipso.

Dis Genus agnatũ pro fænore creditor urget;
*U*suram redimet sanguine passus Amor.

15

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Ille cinis fœcundus erit: Rex inde resurget;
Ad sua non satis est munera dives Arabs.

16

Et erit firmamentum in terra in summis montium: superextolletur super Libanum fructus ejus, & florebunt de Civitate sicut Fœnum Terræ. (sta;

Assurget magis alta Cedro dape pinguis ari-
*U*t fœnum passim fertilis annus erit.

17

Sit nomen ejus benedictum in sæcula: ante Solem permanet Nomen ejus. (ævum;
Grande nimis Nomen longum cantetur in
Adverso nitet à Sole, nec inde nitet.

18

Et benedicentur in ipso omnes tribus Terræ & omnes Gentes magnificabunt eum. (tanto?
Quæ bona non sperent Populi sub Numine
Non erit in longo carmine lassa Chelys.

19.20.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia Solus.
Et benedictum Nomen Majestatis ejus in æternum; & replebitur Majestate ejus omnis Terra. (imbrem?
Æquora quis secuit? quis marmora mollit in
Si memor es, cantus cantibus adde Sion.

Psalmus 72.

1

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde!
Dius Amor Sol Sole prior crystallina, pura
Corda sua replet luce, calore beat.

2. 3.

Mei autem pœnè moti sunt pedes: pœnè affusi sunt gressus mei.
Quia zelavi super iniquos pacem Peccatorum videns.
Obstupui nutante gradu: calet igne mihi cor;
Sontibus en nimium ridet amæna dies.

4

Quia non est respectus morti eorum; & firmamentum in plaga eorum. (pulcri;

Sors mala non turbat, non tristior umbra se-
Et satis ad clypeum est, si ferit hasta, cutis.

5

In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. (stas,

Plurima, quæ vexant, lis, morbi, frigus, ege-
Hoc Genus in prima pungere pelle timēt.

6

Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua.

Dat Capiti immuni vesana Superbia cristā;
Impietas tumidos nevit iniqua sinus.

7

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

Pestiferum virus nidore regurgitat atro;
Dum mala dilecto crimine corda tument.

8. 9.

Cogitaverunt, & loquuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso loquuti sunt.

Posuerunt in Cœlum os suum, & lingua eorum transivit in terram. (retur?

O' tumor insanus! quos nam sua lingua ve-
Ausa Virū, Superos, carpere & ausa Deum.



Ideo

10. 11.

Ideo convertetur populus meus hic; & dies pleni invenientur in eis.

Et dixerunt: quomodo scit Deus, & si est scientia in Excelso. (perbo

Audiit hæc Plebs ima; simul data dona Su-
Dum videt, & lætis Solibus ire dies; (vit?
Numen, ait, regit ista? procul num dissita no-
Num sibi Regnorum est cura? silete rudes.

12. 13.

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias.

Et dixi: ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas.

Ridet ager sceleri, nitet unio, fulgurat aurũ:
Quid legit Innocuus? quid sine sorde Ma-
(nus?

14

Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

Ingemuere Boni nimium sub verbere longo:
Ipsa etiam, Pravis læta, nigratur Eos.

15

Si dicebam: narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi. (rat:

Falsa querela gemit; sat dissona Patribus er-
Si sapias, sensis addere, Nate, suis.

16. 17.

Existimabam, ut cognoscerem hoc: labor est ante me.

Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in novissimis eorum. (boro:

Alta hæc ut teneam, nimis impare mente la-
Ara rudem facilis, sine probante, docet.

18

Verumtamen propter dolos posuisti eis;dejecisti eos dum allevarentur.

Insidias dolus, & fraudẽ fraus altera plectit,
Infœlix Fastus, cum petit alta,ruit.

19

Quomodo facti sunt in desolationem! subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Me miseret,Decepte,tui: quid juverat astus?
Nigravit subita in Nocte corusca Dies.

20

Velut somnium surgentium Domine in Civitate tua imaginem ipsorum ad nibilum rediges.

Vanescunt mẽtita oculis Simulacra superbis;
Sic Vigili fuerunt,somnia plena,tumor.

21. 22. 23.

Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt; & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut jumentum factus sum apud te; & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam; & in voluntate tua deduxisti me,& cum gloria suscepisti me.

(Cor,
Ut caluit sacro ab igne caro, sapuitq; meum
Se miserum fragmen,se nihil esse videt.
Jumento similis per devia ducor ad Astra:
Verior, & fœlix Pegasus, Æthra,venit.

24. 25.

Quid enim mihi est in Cœlo? & à Te quid volui super Terram?
Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. (Olympus:
Magna mihi Tellus, & maxima monstrat
Non trahor illiciis: est Deus unus Amor.

26

Quia ecce qui elongant se à te, peribunt; perdidisti omnes, qui fornicantur abs Te.
Emoritur sine rore frutex, sine Numine Vita:
Perfida dispereat, quæ sacra Sponsa fuit.

27

Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.
Sit paries Ederæ, sint fulcrum Vitibus Ulmi:
Vis mea non unquam, si tibi nixa, ruet.

28

Ut annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.
Audiet Euphrates, Nar audiet, audiet Indus,
Audiet & noster Grandia, Mira Syon.

Psalmus 73.

1

Ut quid Deus repulisti in finem? iratus est furor tuus super Oves pascue tuæ.
Heu! macies, bone Pastor, oves cōfecit: an illæ,
Arida servantur tristibus esca lupis.

2. 3.

Memor esto Congregationis tuæ, quam possidisti ab initio.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ, Mons Sion, in quo habitasti in eo.

Ne Plebem disperde tuam, cui Regna dedisti:
Hæc tecum, fuerunt una habitata Domus.

4

Leva manus tuas in superbias eorum in finem; quanta malignatus est inimicus in Sancto?

(Arcam;
Perdere; qui sacram, Rex barbare, conteris
Aurea quo asportas pocula? siste rapax.

5

Et gloriati sunt qui oderunt te in medio sollemnitatis tuæ.

Addita sacrilegis sunt verba superba rapinis;
Spernere nec timuit Tēpla verēda Nefas.

6

Posuerunt signa sua signa, & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Signa, trophæa levant; Euri, Boreæq; furentes,
Vestra sit hæc tumidos scindere pugna (sinus.

7

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi, & ascia dejecerunt eam.

Ut vastat lustranda feris sua tesqua Securis,
Antiochus Solymas: hic Fera tristis erat.



Incen-

8

Incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum Nominis tui.

Grande nefas!nō Agna Deo,Diti uritur Ara:
Ad ſtyga præcipita,quid petis Aſtra Vapor?
Scinde ſinus ſacer Ordo,Senes,Nurus,Integer
Scindite:disjecit Sacra profana Manus.(ςvi,

9

Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul, quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à Terra.

Audi,ni pudet Æthra ſonos audire procaces:
Nec nova Luna ſacret feſta, nec ulla dies:

10

Signa noſtra non vidimus: jam non eſt Prophæta, & nos non cognoſcet amplius.

Ara jacet;nullus loquitur reſponſa Sacerdos;
Cymbala,plectra ubi ſunt? omnia perdidi-
(mus.

11

Uſquequo,Deus,improperabit Inimicus? irritat adverſus Nomen tuum in finem? (hoſtis!
Heu! Myſtis audax nimium thura exprobat
Ut quid adhuc tardis vectibus ora patent?

12

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem? (ctat:
Quæ fuerat profuſa Manus, nunc dona coar-
An quod inexhauſtum eſt,ſiccat arena va-
(dum?

13

Deus autem Rex noſter ante ſæcula.

Nulla dies,non annus erat,nō ſæcula; ſed Tu
Numen ab innato lumine Numen eras.

13

Operatus est salutem in medio Terræ;
Quam melius Judæ Pharao donaverat iras!
Sospes it Ille fugax: mergitur Iste sequax.

14

Tu confirmasti in virtute tua mare; contribulasti Capita Draconum in aquis. (cautes;
Stà Mare, Juda fugit, nova cautibus addere
Sat steteras: veniunt Agmina; Marmor, eas.

15

Tu confregisti capita Draconum: dedisti eum escam populis Æthiopum. (strum;
Est Draco fractus; Arabs, tua sit ludibria mon-
Sit pariter Corvis esca relicta tuis.

16

Tu dirupisti fontes, & torrentes; Tu siccasti fluvius Ethan.
Dicite vos, Rupes, vos Saxa liquata Tonantē;
Tu quoque, vel sicco gutture, psalle Lacus.

17

Tuus est dies, tua est nox: tu fabricatus es Auroram, & Solem. (gis,
Dic, age, clara Dies nitidis invecta quadri-
Quis dederat radios ire, redire tuos?
Abrumpant somnos, & amica silentiâ, Noctes:
Hæc quoque nigra decent nablia plectra

18 (choros.

Tu fecisti omnes terminos Terræ: æstatem, & ver tu plasmasti. (bem:
Dat Deus informen, mox pollice circinat Or-
Hic florem, hic Messes, hic rotat ille nivem.

Memor.

19

Memor esto hujus : Inimicus improperavit Domino; & Populus insipiens incitavit Nomen tuum.

Heu dives spoliata Syon, heu dives in auro
Nuda jacet, nudo pariete,nuda tholos.
Octingēta rapit Rex fur,& mille talēta:(mit.
Sic gravis, & tumidus probra superbe vo-
Probra superbaCohors repetit male doctaTy
Dicere si liceat,sis,Deus icte,memor.(rāno:

20

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. (Amanti,
Numen, amas; tamen Ara preces superaddit
Ne finito sortes Pauperis ire nigras.
Qui Populus Tibi corda sacrat, crudelibus
Addici prædam ne patiare Leis. (Ursis,

21

Respice in testamentum tuum,quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatem. (quondam
Avertant hæc damna procul data fœdera,
Patribus:immoto hæc cardine fixa juvent.
Occupat audaci jam Barbarus impete muros,
Qui niger, & nullo Nomine clarus erat.

22

Ne avertatur humilis factus confusus; pauper,& inops laudabunt nomen tuum.(Cætus?
Despexit tua quando humiles Clementia
Quādo unquam sterili thure litavit Inops?

23

Exurge Deus; judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum eorum, qua ab insipiente sunt tota die.

Erige veridicum, Tibi lis est dicta, Tribunal:
Post probra jam nimiũ clamitat Actor: io.

24

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum; superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. (narret?

Crimina firma silex, adamantina charta re-
Alta, Superba diu, nunc magis Alta tumẽt.

IN TERTIO NOCTURNO.

Psalmus 74.

I

Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & annunciabimus Nomen tuum. (ullos

Grande canat Numen; tractus sed temporis
Pigra quid expectet Tibia? Grande canat.

2

Narrabimus mirabilia tua: cum accepere tempus, ego justitias judicabo.

Sistra sonent, nisi tanta stupent ad facta To-
Decreto hic Judex sanciet æqua die.(nãtis;

3

Liquefacta est Terra, & omnes, qui habitant in ea; Ego confirmavi columnas ejus. (omnes:

Heu! miseros heu! terror tantus nos liquat
State animis, Justi; non nocet iste Timor.

Dixi

4. 5.

Dixi iniquis: nolite inique agere, & delinquentibus: nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum; nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

O' Genus execrandum hominum! subsistite; (cristas
Ponite: præcipitat, qui nimis alta petit.

6

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: Quoniam Deus Judex est.

Si damnes; jus sancitũ quæ Regna revellant?
Qui fuerint aditus, quæ fuga tuta reis?

7

Hunc humiliat, & hunc exaltat; quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.

Surgit hic, ille ruit: Deus Author inebriat (iris:
Robore quo stares, hoc Temulente, mero?

8

Et inclinavit ex hoc in hoc.

Ebria sic Sodoma, Ægyptus sic ebria strata (est:
Hæc data præda rubris fluctibus, Illa focis.

8

Verumtamen fœx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Turbavit summus; sed potus amarior imus
Subsidet: Stygia in sorde, Maligne, bibes.

9

Ego autem annunciabo in sæculum, cantabo Deo Jacob.

Ebibe Tartareã, totã ebibe, Prave, mephitim;
Dum nostri thuris Sidera lambit odor.

10

Et omnia cornua peccatoris confringam; & exaltabuntur cornua justi. (perbum;
Frange Deus, Deus Ultor eras, age, frange Su-
Plebis & abjectam vim relevato tuæ.

Psalmus 75.

1. 2.

Notus in Judæa Deus; in Israel magnum Nomen ejus.
Et factus est in Pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion.
Quis Deus est, Judæ narrat Jordanis apertus,
Mersa Pharos, Æquor pensile, larga Silex.
Narrat, & ipse Sion, Solime, da vocibus aurẽ,
Hospite quæ fuerit Numine, læta Domus.

3

Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.
Assyriis funesta olim, gratissima Judæ
Dic, age, Nox testis, tristia, læta refer;
Dic age, scuta Virũ, galeas, quot, & arma, quot
Unius Aligeri discidit una Manus: (arcus
Dic age, qui cantus Solymes sonuere timẽtis,
Jussus it in Syrios dum suus ille Timor?

4

Illuminans Tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.
Ad cædem, ad funus misit funalia Cœlum,
Ad fumum, ad flammas non stetit icta Cohors.

Dor-

5

Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt, omnes Viri divitiarum in manibus suis.

Evig ila, aurata cui lusit imagine somnus;
Si tibi quid reliquum est post simulacra, (vide.

6

Ab increpatione tua Deus Jacob, dormitaverunt, qui ascenderunt equos.

Audaces,ò quanta Equites insania turbat!
Temperet an cæcus lora caduca Sopor?

7

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

Si feriat Numen, nullus tutabitur umbo;
Nil juvat Ætnæo doctus ab igne Calybs.

8. 9.

De Cœlo auditum fecisti judicium; Terra tremuit, & quievit.
Cum exurgeret in judicio Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos Terræ.

Heu Tuba formidata sonat; Sol nubilat ater;
Et rea sub tanto Judice Terra tremit.(scit;
Terra tremit, stupido simul & terrore dehi-
Non hæc te quatient horrida,mite Genus.

10

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi? (periclis

Mite Genus mala nulla premunt: immune
O'quoties repetet murmura festa memor!

11

Vovete; & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.

Redde Deo, qui spōsor eras,promissa repēde;
Fida sit, & dictis consona Dextra tuis.

12

Terribili,& ei qui aufert spiritum Principum terribili apud Reges Terræ. (stro,

Hæc teneat qui sceptra regit,qui fulget in O-
Corruit ad Domini tela superbus Apex.

Psalmus 76.

1

Voce mea ad Domini clamavi; voce mea ad Deum, & intendit mihi. (Astra

Non satis ad votum supplex Chorus integer
Pro Rege exorat,non satis Ara calet;
Addar & ipse; Dei mihi sit placabilis ira:
Quod Caput erexit Dextra,jacere vetat.

2

In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus.

Se dedit inventū tenebrosa in sorte querelis
Dius Amor facilis;nec sine luce calet.

3

Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

I'procul eblandita olim non casta Voluptas;
Delicium Deus est,est mihi deliquium.

Anti-

4

Anticipaverunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum loquutus.

Miles in excubiis orantes non præit horas;
Turbida dum tacitus volvo, revolvo vigil.

5

Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. (Patrum,

Quæ fuerunt, meditatus eram, quot sæcula
Quæque futura ullis nō numeranda notis.

6

Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

Nulla mihi Nox concubia est: insomne revol-
Cor vigiles curæ; si qua pianda lues. (vunt

7. 8. 9.

Namquid in æternum, proiiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?
Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Numinis, ad crimen, læsi furor ardet; Amoris
Mox illum extinguit (mira videte) focus.

10

Et dixi: nunc cæpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi. (ptor.

Nunc teneo supera stabilita in sede; Redem-
Captivum dura solvere reste venit.



Memor

11. 12.

Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium suorum.

Et meditabor in omnibus operibus suis, & in adinventionibus suis exercebor.

Obstupui, tot facta olim, tot mira videndo:
Plus quanto obstupeam, cum Caro Numen (erit?

13. 14.

Deus, in Sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam fecisti in Populis virtutem tuam: redemisti in bracbio tuo Populum tuum, filios Jacob, & Joseph. (dus

Laudibus est mira Deus unus in Arte canen-
Testis a dest ultro despoliata Pharos.

15

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. (meres,

Dic Mare jam marmor, dum Numinis ora ti-
Quis novus edocuit non trepidare Timor?

16

Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt Nubes. (fluctus:

Excitat immotos novus imber ab Æthere
Horrificos geminant sic vada mista sonos.

17

Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.

Addit aquis Nubes excussi fulminis ignem:
Cum tonitru præceps it rota præcipiti.

18

Illuxerunt coruſcationes tuæ Orbi Terræ; commota eſt, & contremuit Terra.

Terruerunt Orbem diffuſis fulgura flammis:
Dũ cadit Ægyptus, cõtremit omnis humus.
Quin dicã proſpecta procul mage læta coru-
Exiliet caveis, hoſpite Sole, Thabor. (ſcus

19

In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.

Tutus eat Judæ ſiccata per æquora Cætus:
Non poterit plantã dicere arena memor.

20

Deduxiſti ſicut oves Populum tuum in manu Moyſi, & Aron.

I fœlix Duce ſub gemino directa Propago;
Ad ſata ſic Paſtor ducit amica pecus.

De Epiſt. 1. B. Pauli Apoſtoli ad Cor. *Cap.* 11.

LECTIO SEPTIMA.

1

Hoc autem præcipio: non laudans quod non in melius, ſed in deterius convenitis. Primum quidem convenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. (lis:

Fama tuis, plaudit, celebrata Corynte, metal-
Infima ſupremis quam bene miſta nitent!
Quin parilis Capita alta Imis cõcordia nectit?
Quam male diviſit, quæ ſocienda, tumor!

2

Nam oportet, & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

Hoc Hominum deferre vices, hoc bella fatẽ-(dum est:
Flamina quod granum, quæ sit arista, no-(tant.

3

Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum.

O' morum sublapsa retro vestigia! Cœna
Una satis cunctis dapsile Numen erat.
Una simul dederat communia fercula Mensa,
Cũ Phrygiæ accubuit penula juncta Togę.

4

Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?

Esurit hic, temulẽta alius madet vuidus ora:
O' fæda ingluvies! ò male pasta fames! (stæ?
Ædibus, hic honor est? colitur sic Ara, Dyna-
O' pudor! heu sacra sunt Templa prophana (Domus.

5

Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.

Cui decora intexit, tegmẽ cui Nobile Virtus,
Scissurã hanc nitida in veste cavere decet.



LE-

LECTIO OCTAVA.

1

Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.

Non mea, quæ docui sunt dogmata mira, Co- (rynthe;
Indiderat Numen: num neget illa fides?

2

Quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum.

Quam tristis, quam læta fuit Nox illa! paranti
Insidias, escam te dare, Christe, paras.
Grandia facta latent: oculis ne crede, loquēti
Crede Deo: est Jesus, qui modo panis erat.

3

Quod pro vobis tradetur.

Ipse idem, cui flagra rubum, suspendia, clavos
Intulit indigna merce replenda Manus.

4

Hoc facite in meam commemorationem.

Divinum moliris Opus jam dicte Sacerdos:
Ore potens munus perfice, Mente memor.

5

Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum tastamentum est in meo sanguine.

En nova nunc testatur Amor miracula: San- (guis
Sunt Domini, tulerat quæ modo vina, Calix.
O'quæ mella mihi, Crater Divine, propinas!
Mella mihi, Christo fellis amaritiem.

Hoc

6

Hoc facite.

Sint Stygiæ,quæ ingrata ferunt oblivia,guttæ:
Te memorem facit hic, ebibe rite, liquor.

7

Quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis.

Occiduum quæ Cœna diē,notet insuper olim
Æterni Solis decubuisse Jubar.

8

Donec veniat.

Ad cœnam, Conviva,sede;sed tempore certo
Judicis altus erit,quæ modo Mēsa,Thronus.

LECTIO NONA.

1

Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

Astra horrent:tam grande scelus quæ damna (piarent?
Impia si Dio sanguine labra madent.

2

Probet autem seipsum homo:& sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Illotis manibus liceat discumbere mensis;
Impuro at Panē hunc sumere corde,nefas.

Qui

3

Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Domini. (Cibus ille:
Heu Crimen quæ monſtra parit! favus eſt
Et tamen ad pœnas inde venena premit.

4

Ideo inter vos multi infirmi, & imbeciles, & dormiunt multi.
Cui fuerant aconita ſalus? tua funera glutis,
Nectare qui Dio toxica miſta bibis.

5

Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.
Te tibi ſiſte reum: ſic Judicis ora præibis:
Ne timeat lances, qui ſibi libra fuit.

6

Dum judicamur autem à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.
Semita non cautum, ſi forte doloſa fefellit;
Quod tutum eſt, Numen verbere monſtrat (iter.

7

Itaque fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis.
Quæ male ſuada fames ſocialia fœdera turbat;
Convivam præit, cum ſimul ire decet.
Eſuries nimis exacuit ſi fervida dentem;
Rite Domi arrodat prævia: Templa colat.

8

Cætera autem, cum venero, diſponam.
Servandos ritus Altaribus, ordine quali
Cætera Vos deceant, Auribus ora dabunt.

AD

AD LAUDES.

Psalmus 50.

1

Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam.

Ite throni;vocat atra reũ,vocat infima sedes;
Sit Solium pulvis,sit Diadema cinis.
Rex fuerã; nunc vile pecus, nunc vilior alga;
Sceptra manus jacias impia; flagra decent.
Parce Deus, Regi Rex oprime parce jacenti;
Ipsa es tu Pietas maxima; parce Deus.

2

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Sordida multa Malis tua si Clementia tergit,
Hoc mea sit pariter fonte pianda lues.

3


Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Alta lues maculat penitas in corde medullas;
Tergere ne fœdas desine; terge,lava.

4

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Terge,lava;vidisse pudet,pudet esse videntẽ;
Et tamen ad visum cogitur ipse pudor.



Tibi

5

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Qui solus venerandus eras, injuria læsit:
Quæ stabilis Judex, vel reus Ipse probet.

6

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Sunt properata mihi veteris contagia culpæ;
Nec natus patriis sordibus inficior;

7

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Es sapiens, & vera doces, simul abdita pandis,
Delphica quæ poterũt carmina nulla loqui.

8

Asperges me hyssopo, & mundabor; lavabis me, & super nivem dealbabor.

Hyssopo, Divina manus, caput ablue sacro:
Mundus ero totus, candidiorque nive.

9

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

Si quãdo valeã bona verba audire gemendo,
Dejectum os lætis saltibus exiliet.

10

Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Obtutum ne fige meis, Purissime, noxis;
Ne sint, quæ videas sordida, dele notas.

Cor

11

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Immũdum mihi cor pereat,nitidũq;resurgat;
Obliquos jubeas rectius ire gradus.

12

Ne projicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Perdita vita cadit,viva si à fronte repellis;
Si tuus, heu! liquit spiritus, emorior.

13

Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me.

Cantemus meliora; hilares da surgere Soles;
Vi data persistet Principe firma salus.

14

Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.

Errantes à lege procul mea jura reducent;
Te, Numen, supplex impia turba colet.

15

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Elue quas hausi maculas infecta propago;
Ter Justum læto murmure lingua canet.

16

Domine labia mea aperies,& os meum annunciabit laudem tuam.

Libera dum tacito recluseris ostia labro;
Tota tua poterit laude sonare dies.

Quoniam

17

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.

Hostia multa tuas, si velles, tingeret aras:
Non placet è vili lecta capella grege.

18

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Cōtundam hunc animum, contundā hoc corpus iniquum;
Victima nobilior sic geminanda mihi est.

19

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hyerusalem.

Tēpus erit, Te dāte, novus cū crescere Cœtus
Incipiet; melior cum petet astra Sion.

20

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos.

Mysticus, ò quando, mactabitur AGNUS ad aras;
Tunc solum armati Numinis ira cadet.

Psalmus 89.

1

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Dū Tibi longa, Deus, clamat Series Miserorū,
A Genere in Genus it, traduce Sorte, favor.

2

Prius quam montes fierent, aut formaretur Terra, & Orbis à sæculo, & usque in sæculum Tu es Deus. (coæva,

Discite; non Pelagus, non Terra, nec Æthra
Non fuit Æterno, discite, prima dies.

3

Ne avertas hominem in humilitate, & dixisti convertimini filii hominum.

Debile jam Genus humanũ ne dirue præceps;
Quin magis ingesto cælite robore stet.

4

Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies externa, quæ præteriit.

Fixũ æuum tibi, Die Pater, nõ hora, nec annus
Enumerat; radios umbra nec ulla fugat.

5

Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habetur, eorum anni erunt. (dit:

Emorimur: modo nata, fugax mox Vita rece-
Sic Vigili in specula pulvis, ut aura, fluit.

6

Mane sicut herba transeat: mane floreat, & transeat: vespere decidat induret, & arescat.

Una dies Puerum, Juvenem, roburque Virile,
Ut fœnum Agricolæ, demetit una Dies.

7

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. (iras!

Heu scelus heu nostrũ quas Numinis excitat
Esse procul lachesis jussa, citata venit.

Posuisti

8

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum in illuminatione vultus tui. (umbra,

Quid queritur, nocturna Nefas si non tegit
Impius, irato cui, Deus, ore micas?

9

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Non revehit nobis vitales lucifer horas;
Territa diffugit non reditura Dies.

10

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. (annos;

Terque quaterq;decem male textos ducimus
Vermis ut intorto stamine, rete trahit.

11

Si autem in Potentibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.

Si placeat, superadde decē cui Regius Ortus:
Enumerant ultra Tussis anhela, Dolor.

12

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.

It comes it senio labor anxius, & capularis;
Vivere tunc propior rectius Urna docet.

13

Quis novit potestatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram tuam dinumerare.

Infligāt quot damna Dei quis flagra pepēdit?
Pagina quæ paribus supputet ampla notis;

14

Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.

Quæ bona lenitus, mala quæ moliris in ira,
Edoceas: multi desipuere Senes.

15

Convertere Domine usquoquo? & deprecabilis esto super Sanctos tuos..

O' ego si valeam Numen mollire precando:
Quæ mihi, quæ tandem flexile vota dabũt?

16

Repleti sumus mane misericordia tua, & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Surge Dies, quando non obruet unda quadrigas;
Qui vehis æternus gaudia, surge Dies.

17

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti; annis quibus vidimus mala.

O' sortis fœcunda bonæ pœnalia Vitæ
Semina? Ver lætum bruma fugata vocat.

18

Respice in Servos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.

Si quid Avi meruere, Patres si thure litabant
Progeniem serves, & bona redde memor.

19

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

Non satis affulget Sol Gentibus; adde nitores
Ad votum, melior Lucifer, adde tuos.

Pſalmus 62.

1

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Ut pupugit Matuta oculos, non Vota ſequacē
Sollicitant Solem; Sol mihi primus ades.

2

Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Gramē hiat Rori, pluviis Humus arida, guttis
Altius aſſurgit, quæ mihi ſacra Sitis.

3

In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Heu! via nulla patet: tenet aridus omnia pu- (mex:
Quid juvet hic? alio vivere in Orbe decet.

4. 5.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas.

It benè mortalis, melius ſtat Vita Tonantis.
Hanc minor illa canat: voſque ſonate fides!

6

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Eſt Animo ſuus aptus adeps; dū ſidera paſcūt;
Sic quoq; cantandus pinguior hymnus erit.

7

Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus.

Elevor ad Numen, jaceat licet ægra Senectus;
Scit matutinas, scit torus ipse preces.

8

Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ut vocat æstivo nubem sub Sole Viator,
Ala mihi tua sit, sit mihi vota Manus.

9


Ipsi vero in vanum quæsiverunt animam meam: introibunt in inferiora terræ; tradentur in manus gladii; partes vulpium erunt.

Quos hostes patior, Carcer domus Infera claudat.
Lurida Tartareis Vulpibus esca cadant.

10

Rex vero lætabitur in Deo; laudabuntur omnes, qui jurant in ea: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Christe Deus, Rex Christe, tuas jurabit in omnes.
Lecta Cohors leges: sint labra suta Malis.



CAN-

CANTICUM MOYSIS.

I

Cantemus Domino,
Et reliqua ut in Canticis jam
approbatis. *Pag. 23.*

Psalmus 148.

I. 2.


Laudate Dominum de Cœlis, laudate
eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus; laudate
eum omnes virtutes ejus.
Cælicolæ, ignota nobis sat voce loquaces
Numinis ad laudes carmina vestra decent.

3

Laudate eum Sol, & Luna; laudate eum
omnes Stellæ, & lumen.
Condictis Sol, Luna viis, Jubar omne recurrat;
Sacrandus Domino sic quoque cantus eat.

4

Laudate eum Cœli Cœlorum, & aquæ omnes,
quæ super Cœlos sunt, laudent
Nomen Domini.
Esto canora chelys Cœlo vel pensilis, Unda:
Plaudere majori discat ab Orbe Minor.



5. 6.

Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit. (Jet:

Æthera, quem posuit, non Virtus ulla revel-
Vana quid intentas bella, Superbe Gigas?

7

Laudate Dominum de Terra; dracones, & omnes abyssi. (cones

Consonet Æthereo Globus infimus: ora Dra-
Pandite, carminibus pande, Vorago, sacris.

8

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.

Flamma, Nives, Glacies, excussi turbinis Auræ,
Dum canitur Numen, fœdus inite novum:

9

Montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes Cedri. (bos;

Mons, Collis, choreæ superadditor utilis Ar-
Ligna ciat Libanus Cedrina quotquot alit,

10

Bestiæ, & universa pecora, serpentes, & volucres pennatæ. (crum;

Non fera, non anguis taceat, non Turba volu-
Nec timor obturbet gaudia, mite Pecus.

11

Reges Terræ, & omnes populi: Principes, & omnes Judices Terræ. (quaces

Sume lyram qui Sceptra regis, Populosque se-
Regali è Solio, laude canente, præi.

12. 13.

Juvenes, & Virgines, senes cum junioribus
Laudent Nomen Domini, quia exaltatum Nomen ejus solius. (omnes;
Quæ mora? adeste; Deus vos Unicus excitat
Virgo, Nurus, Pueri, læta Juventa, Senes.

14

Confessio ejus super Cœlum, & Terram, & exaltavit cornu Populi sui. (ctant;
Nec Terra, Imperium, ne Sidera cuncta coar-
Hoc valet à tanto surgere Rege Sion.

15.

Hymnus omnibus Sanctis ejus; filiis Israel populo appropinquanti sibi. (error
Proximus est cũctis; quoties tamen improbus
Elongat pravos, & mala verba docet?

Psalmus 149.

1.2.

Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum, & filii Sion exultent in Rege suo.
Majori majora Sion cane munere dives:
Vilis erat limus, qui facer Ordo nitet.

3.

Laudate Nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei. (chorda;
Plectra vocant, non bella sua cava tympana
Grandior hæc denas edocet una fides.

4

Quia beneplacitum est Domino in populo suo; & exaltabit mansuetos in salutem.

Jam dudũ Isacidas placidis amplexibus arctat;
Mitia corda Deus non ruitura levat.

5

Exultabunt Sancti in Gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Fælices Animi, fælicibus ite quadrigis,
Qua dabitur fælix non agitanda quies.

6.7.

Exaltationes Dei in faucibus eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Nec fuerit taciturna quies: Vox læta sonabit;
Hæc etiam in pravos horrida Jura feret.

8.9.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum, gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

O! miseri Reges! manicis diademata mutant,
Sceptraque, Judicio vindice, restis erunt.

Psalmus 150.

1. 2.

Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Nulla pares Domino resonant præconia laudes;
Quæ brevis exhaurit fossula grande Salum?

Lau-

3. 4.

Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio, & cythara.

Laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo. (canorus

Musica, quotquot habet, Chorus excitet arma

Sistra, lyras, cytharam, tympana, plectra,

5 (Tubas.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis Spiritus laudet Dominum.

Cymbala cōcordi choreas complete susurro:

Quot sunt Ora Deum, quotquot fuere, canāt.

CANTICUM ZACCARIÆ.

Benedictus Dominus &c.

Ut in Canticis approbatis. *Pag.*2.

FERIA SEXTA.

AD MATUTINUM.

IN PRIMO NOCTURNO.

Psalmus 2.

1

Quare fremuerunt Gentes, & Populi meditati sunt inania. (volutat

Qui fremitus: quæ bella sonant? quid inane

Insanæ Mentis turbidus ora Furor?

Psalmus 21.

1

Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum.
Dic Pater, quid & ipsa negas, sueta ora Gementi?
Eja quibus pœnis, quæ data Vita, vide.

2

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte non ad insipientiam mihi.
Audiit orantem testis lux, audiit umbra:
Lux, simul umbra videt nil valuisse precē.

3. 4. 5.

Tu autem in sancto habitas; laus Israel.
In te speraverunt Patres nostri, speraverunt, & liberasti eos.
Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt; in te speraverunt, & non sunt confusi.
Non alius, qui nuper, ades, qui diceris olim,
Cui nunquam dederant irrita vota Patres.
Quid memorē; qui fautor eras, seu tela sequūtur;
Seu gravat esuries, seu premit ora sitis.

6

Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.
Heu pudor, heu pietas Superi! fæx sordida calcor:
Parcius irato trita saliva pede est.

7

Omnes videntes me deriserunt me, loquuti sunt labiis, & moverunt caput.
Turpia quot facili ructabant scommata sāna!
Derisit quoties flexile utrimque caput!

Spe-

8

Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Damnatus clamabat opem: spes irrita cessit:
Est misero auxilium? sospitat ulla manus?

9.10.

Quoniam tu es, qui extraxisti me ventre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex utero.
De ventre matris meæ Deus meus es tu; ne discesseris à me.

Nascentem non terra parens, exceperat ulnis
Conditor: exceptum ne sine lacte feras.

11

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet.

Non procul est gladius: vaginæ irascitur hostis:
Ni fueris Tutor, quis dare scuta valet;

12

Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me.

Cingitur ut tauris fœcundi cespitis herba;
Circum adstat Princeps, Scriba, Satellitiū.

13

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

Bella fames impasta ciet; dēs dentibus obstat;
Sic catulis agnam præripit ungue leo.

14

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.

Dilabor, veluti stillata canalibus unda:
Dissitaque à sociis ossibus ossa gemunt.

11

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Immũdum mihi cor pereat,nitidũq;resurgat;
Obliquos jubeas rectius ire gradus.

12

Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Perdita vita cadit,viva si à fronte repellis;
Si tuus, heu! liquit spiritus, emorior.

13

Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me.

Cantemus meliora; hilares da surgere Soles;
Vi data persistet Principe firma salus.

14

Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.

Errantes à lege procul mea jura reducent;
Te, Numen, supplex impia turba colet.

15

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Elue quas hausi maculas infecta propago;
Ter Justum læto murmure lingua canet.

16

Domine labia mea aperies,& os meum annunciabit laudem tuam.

Libera dum tacito recluseris ostia labro;
Tota tua poterit laude sonare dies.

Quoniam

17

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis.

Hostia multa tuas, si velles, tingeret aras:
Non placet è vili lecta capella grege.

18

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. (pus iniquum;

Cōtundam hunc animum, contundā hoc cor-
Victima nobilior sic geminanda mihi est.

19

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hyerusalem.

Tēpus erit, Te dāte, novus cū crescere Cœtus
Incipiet; melior cum petet astra Sion.

20

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos. (aras;

Mysticus, ò quando, mactabitur AGNUS ad
Tunc solum armati Numinis ira cadet.

Psalmus 89.

1

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Dū Tibi longa, Deus, clamat Series Miserorū,
A Genere in Genus it, traduce Sorte, favor.

Prius

2

Prius quam montes fierent, aut formaretur Terra, & Orbis à sæculo, & usque in sæculum Tu es Deus.

(coæva,
Discite; non Pelagus, non Terra, nec Æthra
Non fuit Æterno, discite, prima dies.

3

Ne avertas hominem in humilitate, & dixisti convertimini filii hominum.

Debile jam Genus humanũ ne dirue præceps;
Quin magis ingesto cælite robore stet.

4

Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies externa, quæ præteriit.

Fixũ æuum tibi, Die Pater, nõ hora, nec annus
Enumerat: radios umbra nec ulla fugat.

5

Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habetur, eorum anni erunt.

(dit:
Emorimur: modo nata, fugax mox Vita rece-
Sic Vigili in specula pulvis, ut aura, fluit.

6

Mane sicut herba transeat: mane floreat, & transeat: vespere decidat induret, & arescat.

Una dies Puerum, Juvenem, roburque Virile,
Ut fœnum Agricolæ, demetit una Dies.

7

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

(iras!
Heu scelus heu nostrũ quas Numinis excitat
Esse procul lachesis jussa, citata venit.

Posuisti

8

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

(umbra,
Quid queritur, nocturna Nefas si non tegit
Impius, irato cui, Deus, ore micas?

9

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Non revehit nobis vitales lucifer horas;
Territa diffugit non reditura Dies.

10

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.

(annos;
Terque quaterq;decem male textos ducimus
Vermis ut intorto stamine, rete trahit.

11

Si autem in Potentibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.

Si placeat, superadde decẽ cui Regius Ortus:
Enumerant ultra Tussis anhela, Dolor.

12

Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur.

It comes it senio labor anxius, & capularis;
Vivere tunc propior rectius Urna docet.

13

Quis novit potestatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram tuam dinumerare.

Infligãt quot damna Dei quis flagra pepẽdit?
Pagina quæ paribus supputet ampla notis;

14

Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.

Quæ bona lenitus, mala quæ moliris in ira,
Edoceas: multi desipuere Senes.

15

Convertere Domine usquoquo? & deprecabilis esto super Sanctos tuos..

O' ego si valeam Numen mollire precando:
Quæ mihi, quæ tandem flexile vota dabũt?

16

Repleti sumus mane misericordia tua, & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Surge Dies, quando non obruet unda quadri- (gas;
Qui vehis æternus gaudia, surge Dies.

17

Letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti; annis quibus vidimus mala.

O' sortis fœcunda bonæ pœnalia Vitæ
Semina? Ver lætum bruma fugata vocat.

18

Respice in Servos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.

Si quid Avi meruere, Patres si thure litabant
Progeniem serves, & bona redde memor.

19

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

Non satis affulget Sol Gentibus; adde nitores
Ad votum, melior Lucifer, adde tuos.

Psalmus 62.

I

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Ut pupugit Matuta oculos, non Vota sequacẽ
Sollicitant Solem; Sol mihi primus ades.

2

Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Gramẽ hiat Rori, pluviis Humus arida, guttis
Altius assurgit, quæ mihi sacra Sitis.

3

In terra deserta, & invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Heu! via nulla patet: tenet aridus omnia pu- (mex:
Quid juvet hic? alio vivere in Orbe decet.

4. 5.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas.

It benè mortalis, melius stat Vita Tonantis.
Hanc minor illa canat: vosque sonate fides!

6

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Est Animo suus aptus adeps; dũ sidera pascũt;
Sic quoq; cantandus pinguior hymnus erit.

7

Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus.

Elevor ad Numen, jaceat licet ægra Senectus;
Scit matutinas, scit torus ipse preces.

8

Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ut vocat æstivo nubem sub Sole Viator,
Ala mihi tua sit, sit mihi vota Manus.

9


Ipsi vero in vanum quæsiverunt animam meam: introibunt in inferiora terræ; tradentur in manus gladii; partes vulpium erunt.

Quos hostes patior, Carcer domus Infera claudat.
Lurida Tartareis Vulpibus esca cadant.

10

Rex vero lætabitur in Deo; laudabuntur omnes, qui jurant in ea: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Christe Deus, Rex Christe, tuas jurabit in omnes.
Lecta Cohors leges: sint labra suta Malis.



CAN-

CANTICUM MOYSIS.

I

Cantemus Domino,
Et reliqua ut in Canticis jam
approbatis. *Pag. 23.*

Psalmus 148.

1. 2.


Laudate Dominum de Cœlis, laudate
eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus; laudate
eum omnes virtutes ejus.
Cælicolæ, ignota nobis sat voce loquaces
Numinis ad laudes carmina vestra decent.

3

Laudate eum Sol, & Luna; laudate eum
omnes Stellæ, & lumen.
Condictis Sol, Luna viis, Jubar omne recurrat;
Sacrandus Domino sic quoque cantus eat.

4

Laudate eum Cœli Cœlorum, & aquæ omnes,
quæ super Cœlos sunt, laudent
Nomen Domini.
Esto canora chelys Cœlo vel pensilis Unda:
Plaudere majori discat ab Orbe Minor.



5. 6.

Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.
Statuit ea in seculum seculi: preceptum posuit, & non preteribit.

Æthera, quem posuit, non Virtus ulla revellet:
Vana quid intentas bella, Superbe Gigas?

7

Laudate Dominum de Terra; dracones, & omnes abyssi.

Consonet Æthereo Globus infimus: ora Dracones
Pandite, carminibus pande, Vorago, sacris.

8

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.

Flamma, Nives, Glacies, excussi turbinis Auræ,
Dum canitur Numen, fædus inite novum:

9

Montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes Cedri.

Mons, Collis, choreæ superadditor utilis Arbos;
Ligna ciat Libanus Cedrina quotquot alit.

10

Bestiæ, & universa pecora, serpentes, & volucres pennatæ.

Non fera, non anguis taceat, non Turba volucrum;
Nec timor obturbet gaudia, mite Pecus.

11

Reges Terræ, & omnes populi: Principes, & omnes Judices Terræ.

Sume lyram qui Sceptra regis, Populosque sequaces
Regali è Solio, laude canente, præi.

12. 13.

Juvenes, & Virgines, senes cum junioribus
Laudent Nomen Domini, quia exaltatum Nomen ejus solius. (omnes;

Quæ mora? adeste; Deus vos Unicus excitat
Virgo, Nurus, Pueri, læta Juventa, Senes.

14

Confessio ejus super Cœlum, & Terram, & exaltavit cornu Populi sui. (ctant;

Nec Terra, Imperium, ne Sidera cuncta coar-
Hoc valet à tanto surgere Rege Sion.

15.

Hymnus omnibus Sanctis ejus; filiis Israel populo appropinquanti sibi. (error

Proximus est cũctis; quoties tamen improbus
Elongat pravos, & mala verba docet?

Psalmus 149.

1.2.

Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum, & filii Sion exultent in Rege suo.

Majori majora Sion cane munere dives:
Vilis erat limus, qui sacer Ordo nitet.

3.

Laudatè Nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei. (chorda;

Plectra vocant, non bella sua cava tympana
Grandior hæc denas edocet una fides.

4
Quia beneplacitum est Domino in populo suo; & exaltabit mansuetos in salutem.

Jam dudū Isacidas placidis amplexibus arctat;
Mitia corda Deus non ruitura levat.

5
Exultabunt Sancti in Gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Fælices Animi, fælicibus ite quadrigis,
Qua dabitur fælix non agitanda quies.

6.7.
Exaltationes Dei in faucibus eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Nec fuerit taciturna quies: Vox læta sonabit;
Hæc etiam in pravos horrida Jura feret.

8.9.
Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum; gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

O! miseri Reges! manicis diademata mutant,
Sceptraque, Judicio vindice, restis erunt.

Psalmus 150.

1. 2.
Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Nulla pares Domino resonant præconia laudes;
Quæ brevis exhaurit fossula grande Salum?

Lau-

3. 4.

Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio, & cythara.

Laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in chordis, & organo. (canorus

Musica, quotquot habet, Chorus excitet arma

Sistra, lyras, cytharam, tympana, plectra, (Tubas.

5.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis Spiritus laudet Dominum.

Cymbala cōcordi choreas complete susurro:

Quot sunt Ora Deum, quotquot fuere, canāt.

CANTICUM ZACCARIÆ.

Benedictus Dominus &c.

Ut in Canticis approbatis. *Pag.* 2.

FERIA SEXTA.

AD MATUTINUM.

IN PRIMO NOCTURNO.

Psalmus 2.

1

Quare fremuerunt Gentes, & Populi meditati sunt inania. (volutat

Qui fremitus: quæ bella sonant? quid inane

Insanæ Mentis turbidus ora Furor?

2

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Grande nefas jurata simul subsellia voluunt?
Quid patimur Christũ vivere? voce fremũt

3

Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis jugum ipsorum.

Quæ nova lex indicta, novus quæ vincula ne-(ctit
Legifer? excutiat tam grave dextra jugum.

4

Qui habitat in Cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

Qui valet in Superos, nutu qui sidera torquet,
Irridet summo è vertice stultitiam.

5

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Ilicet irrisis sua vox furibunda tonabit;
Et turbata gravi fulmine Regna trement.

6

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus prædicans præceptum ejus.

Me meus electæ statuit regnare Sioni;
Me sacra, me populis dicere jura Pater.

7

Dominus dixit ad me: Filius meus es Tu; Ego hodie genui Te.

Sic Pater ingeminat: mihi par tu Filius esto;
Natalem æterna hac luce habuisse dedi.

Postula

8
Postula à me, & dabo tibi Gentes: hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos Terræ.

Regnabis, si regna cupis; tibi serviet orbis;
Et maria, & terras, si petis, Alter habe.

9
Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

Regna reget facilis tua, nec superāda Potestas;
Sic figuli arbitrio molle rotatur opus.

10
Et nunc Reges intelligite, erudiminī qui judicatis terram.

Jam sapiat quisquis Regali fulget in ostro:
Tuque fori Judex erudiare rudis.

11
Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Terribili famulate Deo ne pone timorem;
Et si læta canas, vellicet ossa tremor.

12
Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via justa.

Fixa tene, docuit quæ dogmata sacra volumē;
Nec tibi vel summus prætereatur apex.

13
Cum exarserit in brevi ira ejus, beati omnes qui confidunt in eo.

Est fœlix, cui mēbra quatit brevis ira Tonātis;
In mediis poterit fidere tutus aquis.

Psalmus 21.

1

Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum.

Die Pater, quid & ipsa negas, sueta ora Ge- (menti?
Eja quibus pœnis, quæ data Vita, vide.

2

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte non ad insipientiam mihi.

Audiit orantem testis lux, audiit umbra:
Lux, simul umbra videt nil valuisse precē.

3. 4. 5.

Tu autem in sancto habitas; laus Israel. In te speraverunt Patres nostri, speraverunt, & liberasti eos.
Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt; in te speraverunt, & non sunt confusi.

Non alius, qui nuper, ades, qui diceris olim,
Cui nunquam dederant irrita vota Patres.
Quid memorē; qui fautor eras, seu tela sequū-
Seu gravat esuries, seu premit ora sitis. (tur;

6

Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Heu pudor, heu pietas Superi! fæx sordida cal- (cor:
Parcius irato trita saliva pede est.

7

Omnes videntes me deriserunt me, loquuti sunt labiis, & moverunt caput.

Turpia quot facili ructabant scommata sāna!
Derisit quoties flexile utrimque caput!

Spe-

8

Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Damnatus clamabat opem: spes irrita cessit:
Est misero auxilium? sospitat ulla manus?

9.10.

Quoniam tu es, qui extraxisti me ventre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu; ne discesseris à me.

Nascentem non terra parens, exceperat ulnis
Conditor: exceptum ne sine lacte feras.

11

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet.

Non procul est gladius: vaginæ irascitur hostis:
Ni fueris Tutor, quis dare scuta valet;

12

Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me.

Cingitur ut tauris fœcundi cespitis herba;
Circum adstat Princeps, Scriba, Satellitiũ.

13

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

Bella fames impasta ciet; dẽs dentibus obstat;
Sic catulis agnam præripit ungue leo.

14

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.

Dilabor, veluti stillata canalibus unda:
Dissitaque à sociis ossibus ossa gemunt.

15

Factum est cor meum tanquam cera lique-
scens in medio ventris mei.

Dispertita fluunt tremefacto viscera corde;
Ut ceram exiguo pruna calore liquat.

16

Aruit tanquam testa virtus mea.

Detumvit vena exanguis: jacet arida virtus;
Ut solet in mediis olla perusta focis.

16

Lingua mea adhæsit faucibus meis. (hæsit?
Quid loquar,heu,si lingua suis modo faucibus
Tu geme, nam poteris,dū tacet illa;dolor.

16

Et in pulverem mortis deduxisti me.

Ut Silvi elinguis, propior de more jacenti.
Fit tumulus; superat pallidus ora cinis.

17

Quoniam circumdederunt me canes multi,
consilium malignantium obsedit me.

Obsidet invisum jurata miles in hasta;
Cingitur ut canibus saucia Cerva latus.

18

Foderunt manus meas, & pedes meos, dinume-
raverunt omnia ossa mea. (to:

Pes,manus,heu Genitor,ferro terebratur acu-
Ossa fuit rabidus dinumerare jocus.

19

Ipsi verò consideraverunt, &
inspexerunt me.

Quid raperent,si nudus erā?si sanguis amatur,
Sāguineo hanc poterāt imbre levare sitim.

19

Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Exuvias scindunt, sed textilis integra vestis
Luditur: est fælix sors cui jacta cadit?

20. 21.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me; ad defensionem meam conspice. Erue à framea animam meam, & de manu canis unicam meam.

Dum propè fit gladius, clypeo ne lõgior esto:
Ne laniet rabies ista canina, cave.

22

Salva me de ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Arctabat quot lora fugam! leo rictibus urget:
Accelerant vulnus cornua longa suum.

23

Narrabo nomen tuum fratribus meis; in medio Ecclesiæ laudabo te.

Hæc data quid taceam? non illaudatus abibis:
Tum sacer excipiet carmina dicta chorus.

24

Qui timetis Dominum laudate eum, universum semen Jacob glorificate eum.

O'genus innocuũ Domino da vocibus hymnũ:
Ne trepida in laudes, garrule perge, Timor.



25.26.

Timeat eum omne semen Israel, quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum exaudivit me.

Qui Solio assurgis, vilem ne despice plebem:
Vox humilis summum flectit ad ima Deũ.

27

Apud te laus mea in Ecclesia magna, vota mea Domino reddam in conspectu timentium eum.

Angusta ad carmen dandum sunt Tẽpla Sio-(nis:
In laudem Tellus, ut chorus unus, eat.

28

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum; vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Esurientẽ animã sat pinguia fercula cõplent:
Non dabitur tumulo sic bene pasta, cibus.

29.30.

Reminiscentur, & convertentur ad Dominum omnes fines terræ.

Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ Gentium.

Nulla Deo soboles: devotam nesciet aram:
Undique fumabit thure calente focus.

31

Quoniam Domini est Regnum, & ipse dominabitur Gentium.

Est domus una Deo, Regnũ unum, hic integer (Orbis:
Edita nulla potest scindere jura manus.

Man-

32

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ, in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.

Tu satur aurata in patera venerare Tonantē;
Tu quoq; cui patrio in pulvere mēsa jacet.

33

Et anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi.

Cui vivam? cui vita dies adscribet, & annos?
Ne cape diverso à Numine jussa Nepos.

34

Annunciabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt Cœli justitiam ejus, populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Carmina multa Deo repetet vētura propago;
Desuper alternis, Astra, præite choris.

Psalmus 26.

1.2.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?

Lumen inocciduum mihi fulgurat: undique (Vallum
Sospitat; haud tenebræ, nec stygis arma (nocent.

3

Dum appropriant super me nocentes: ut edant carnes meas.

Exagitat quæ dira fames? quæ fæda cupido?
Heu rabies! hæc in viscera dente furunt.

Qui

4

Qui tribulant me Inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Substitit enervi ferus impetus; ire retrorsum
Cogitur; en vacua fauce supinus hiat.

5. 6.

Si consistant adversum me castra non timebit cor meum.
Si exurgat adversum me prælium: in hoc ego sperabo.

Obluctare salum; rupes immota manebit:
Ne plaudas Arcus tente; sagitta perit.

7

Unam petii à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Unũ hoc da precibus, Numen; nõ ista perennis
Aula mihi, tua sit Regia, firma domus.

8

Ut videam voluptatem Domini, & visitem templum ejus.

Non soli postes, penetralia sacra patebunt.
Discere sic liceat, quæ data jura velis.

9

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

Quid rabida in cædes indagine quæritis ho- (stes?
Quem Divina tegunt vela, patere nequit.

10

In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Eminet invisus super alta cacumina vertex:
Torta procul tutus spicula ridet apex.

Cir

11

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Saucius occubuit gratus sic Agnus ad aram;
Gratius ascendet, currite plectra, melos.

12

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, & exaudi me.

Quæ mala, quot turbent, poterat satis esse videnti;
Sed patere aggestas, Lux oculata preces.

13

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Alliciunt sat multa Tibi data munera, Numē;
Non calet acceptis, Te sine, friget Amor.

14.15.

Ne Avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto: ne derelinquas me: neque despices me, Deus salutaris meus.

Aversum meruisse Deū mihi ritè fatendū est;
Contineat justas blandior ira minas.

16

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.

Infanti similem, cui nulla est cura Parentum,
Dic Pater, misera in sorte jacere veta.



Legem

17
Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Effrenē, sine lege vagū manus àrbitra ducat ;
Addidit hostilis magna pericla dolus.

18
Ne tradideris me in animas tribulantium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Jurato aggreditur testata calumnia verbo ;
Et mentita loqui testis & ipsa sibi est.

19
Credo videre bona Domini in terra viventium.

Hæc bona vix bona sūt; alio cor ab igne cre-(matur,
Vera,nec occiduo in Sole, fruenda, sequor.

20
Expecta Dominum viriliter age:& confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Digna viro sit firma fides,spes vivida crescat:
Læta dies veniet tarda?morare;venit.

DE LAMENTATIONE JEREMIÆ PROPHETÆ. *Cap.1.*

LECTIO PRIMA.

1
Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion.

Non præceps,suspensa diù furit Ira Tonātis:
In Solime excidio nexerat illa moras.

Teten-

2

Tetendit funiculum, & non avertit
Manum suam à perditione.

Evertenda notat stabilis, delira nec unquã
Regula: sub justo fune ruina fuit.

3

Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

Muniit elato frustra Faber aggere Murum;
Aggere sublapso, Murus & ipse ruit.

4

Defixæ sunt in Terra Portæ ejus. (postes?
Volueret ad nutum quæ Vis, quo cardine
Suffossis Clavus Terra trabalis erat.

5

Perdidit, & contrivit vectes ejus.

Collige, si valeas, ramentaque fracta recude:
Non reddent veteres dissita frusta feras.

6

Regem ejus, & Principes
ejus in Gentibus.

Non patitur Plebs una jugum; servilia Reges
Lora trahunt: dura in sorte Dynasta ge-
(mit.

7

Non est lex; & Prophetæ ejus non invenerum legem, visionem à Domino.

Arca libris viduata silet; lugẽtque Prophetæ;
Excussus renuit plura docere Tripus.

8

Sederunt in Terra: conticuerunt
Senes filiæ Sion. (centum:

Elinguis, diffracta jacet quoque sella Do-
Conticuere imò in pulvere Scriba, Senes.

Con-

9

Conſperſerunt cinere capita ſua; accincti ſunt ciliciis.

Non Vitulas,(heu flete vices)aſpergine My- (ſtam
Obvoluunt cineres: penula villus erat.

10

Abjecerunt in Terram Capita ſua, Virgines Jeruſalem.

Deicere Caput lacrymoſo à rore Puellæ;
Inficit & flavas vilis arena Comas.

11

Defecerunt præ lacrymis oculi mei; conturbata ſunt viſcera mea.

Lumina, jam geminæ Noctes, me fletibus (umbrant;
Languida,diſtorto pectore,mẽbra tremunt.

12

Effuſum eſt in Terra jecur meum.

Sanguinei erumpunt latices; dolor exprimit (hepar:
Sic madida ad pœnas dat mihi Terra ve- (pres.

13

Super contritione filiæ Populi mei.

Exilit haud hilaris; quin mæſta ad funera (ſanguis,
Dum ſonat in tumulis Præfica facta Nu- (rus.

14

Cum deficeret parvulus, & lactens in plateis Oppidi.

Lamentis Mater lacrymas innectit amaras;
Cui ſicco immoriens lacte Puellus hiat.



LECTIO SECUNDA.

1

Matribus suis dixerunt; ubi est
triticum, & vinum? (Vitis?
Quid Cererem inclamant Nati, quid munera
Elongant Messes, Torcular Astra negant.

2

Cum deficerent quasi vulnerati
in plateis Oppidi. (mis, & ægra
Heu spectrum quam triste oculis! vel iner-
Discurrit Pueros dilaniare Fames.

3

Cum exhalarent Animas in sinu
Matrum suarum. (Matrum:
Brachia nulla juvant morientia Pignora
Urna Parentalis cogitur esse Sinus.

4

Cui comparabo Te, vel cui assimilabo
Te Filia Jerusalem?
Impariles doluit Memphis cõterrita cædes:
Diruta non gemuit funera tanta Pharos.

5

Magna est, velut Mare, contritio tua.
Oceani freta vasta, tuus per Viscera qualis,
Edoceant, quanto & gurgite amaror eat.

6

Quis medebitur Tibi? (bra refinget?
Attritam hanc Animam quæ Dextera Fa-
Quis medico abjectam gramine Apollo
levet?

7

Prophetæ tui viderunt Tibi falsa, & stulta.

Vana canis, mentite vocas dum Mysta Vi- (dentem:
O' Vatem insanum! quam male Mente (vides!

8

Nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.

Debueras terrere flagris, aperire minando
Sordida flebilibus facta pianda vadis.

9

Viderunt autem tibi assumptiones falsas, & ejectiones.

Tristia si quando prædicit damna Prophætes
Impetere Assyrios missile fulmen, ait.

10

Plauserunt super Te manibus omnes transeuntes per viam, sibilaverunt, & moverunt Caput suum super Filiam Jerusalem.

Ut videt, irridet mutata in Sorte Sionem
Exterus; & longum scomma moratur iter.

11

Hæccine est Urbs, dicentes perfecti decoris, gaudium Universæ Terræ?

Illa, superba Sion, cecidit nudata; nec illa est,
Quam Tuba sustulerat, quæ decus Orbis (erat.



LECTIO TERTIA.

1

Ego Vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.

Præſcius aufugit Vates; ſed fata fugacem
Preſſere immiſtum, fuſte furente, Reis.

2

Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

Captiuum traxere Hoſtes; prædura coarctant
Clauſtra Senem; eſt oculis ipſa negata (Dies.

3

Tantum in me vertit, & non convertit manum ſuam tota Die.

Exagitat pariter ſocios Fortuna Prophetas;
Oblongo plectit verbere Dextra genas.

4

Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam; comminuit omnia oſſa mea.

Deproperata venit, contraxit ruga Juvētam;
Improbus ipſa etiam conterit oſſa dolor.

5

Ædificavit in gyro meo; circumdedit me felle, & labore.

Quò fugerem tutus? munita eſt ſemita vallo:
Viſcera duratum Fel, quaſi ſpina, ferit.

6

In tenebroſis collocavit me, quaſi mortuos ſempiternos.

Captivo qui Carcer erat, fit & Urna ſepultos
Lurida, cum ſociis reſtibus, Umbra ligat.

7
Circumædificavit adversum me; ut non egrediar; aggravavit compedem meum. (uno
Est septis via cincta trabalibus; & pede in
Stare catenatum grande coegit onus.

8
Sed cum clamavero, & rogavero, exclusit orationem meam. (sunt;
Pro lare, pro Patria clamores Astra repel-
Assurgunt crebræ, sed cecidere preces.

9
Conclusit vias meas lapidibus quadris; semitas meas subvertit.
Saxa fugam Miseris elata, & firma negabant;
Invalidus Vinctis cogitur esse Vigor.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 37.

1
Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. (Ultor,
Qui Judex, qui spretus Amor, Justissimus
Obtutu terres: leniat Ora Pater.

2
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.
En jaceo: lateri fixa est lethalis arundo;
Sistor, ut amisit Cerva cruenta fugam.

3

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ; non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Qui starent,qui sani artus,si verberat Æther?
Quam facit impietas,concutit ossa lues.

4

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum; & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Ut fluctus,capiti scelerũ,glomeratur acervus
Succumbit tanto pondere pressus apex.

5

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.

Heu putor! fordet putrido nidore cicatrix;
An medicũ legeret gramen inepta manus?

6

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus incedebam.

Hos humeros ut pressit onus, latus ire recur-(vum
Cogit: in abjecto panditur ore pudor.

7

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.

Illudit lumbis phantasmate crimen Avitum:
Nec patitur mentis jura rebelle caput.

8

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Peccanti rubor hic Cœlũm cõmune negavit;
Infremui,ut rugit percita sente lea.

9

Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

Quæ dudũ mihi vota calẽt, Mens ampla, tenebas.
Dum gemerẽ tacitus, sat tibi cor loquitur.

10

Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Contorsit turbata nimis mea viscera lãguor;
Obtenebrata mihi est, Sole nitente, dies.

11. 12.

Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquarunt, & steterunt: & qui justa me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam;
Et qui inquirebant mala mihi loquuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Illusus patior falso male fisus Amico,
Addita quin etiam est vis furibunda dolis.

13. 14.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

Dissimulare juvat dum perlita melle venena;
Surdus, & elinquis fabula plebis eram.



Quo-

15. 16.

Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commoventur pedes mei super me magna loquuti sunt.

Ad mala dū trepido, proverbia quanta susurrant!
O' Numen, meritis obstrue labra feris.

17. 18.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Verberibus do terga reus; pejora nec odi;
Ad gladium pariter, sistitur, ecce caput.

19. 20.

Inimici autem mei vivunt: & confirmati sunt, & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuebant mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Ut rapidi torrētis aquæ, numeratur & hostis:
Displicui multis, dum sacra jura sequor.

21

Ne derelinquas me Domine Deus meus; nē discesseris à me: intende in adjutorium meum Domine Deus salutis meæ.

Est justus tibi cura; tamē patiare precantem:
Largior exundat, voce gemente, favor.

Psalmus 39.

1. 2.

Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.

Illusit nunquam sperãtibus Æthra juvamen:
Opportuna venit, vel remorata, Salus.

3

Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. (sit:

Pes vetito in limo dudũ malè sordidus hæs-
Nunc facilem sternunt levia saxa viam.

4

Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. (pus

Quæ nunquã cecinere Patres, dictavit Olym-
Carmina, inauditis nunc repetenda sonis.

5. 6.

Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Spe trepida Justus graditur, similisq; timenti;
Non stulta effingens gaudia plaudit Amor.

7

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Mirus es in magnis, exili in gramine mirus:
Mens brevis angusto in margine neutra (capit.

8

Annunciavi, & loquutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Utraque conatus Populis narrare Magister,
Obruor in numeris; & labra lassa tacent.

9.10.

Sacrificium, & oblationem, noluisti aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum, & pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio.

Propitiũ nec thura dabant, nec Taurus in ara:
Filius en venio victima grata Patri.

11

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Tota libri mihi summa fuit parere jubenti;
Pagina non satis est: cor data jura notet.

12.13.14.

Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia magna.

Ecce labia mea non prohibebo Domine tu scisti, justitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo.

Quæ tacitus didici, populo vulgata renarrem,
Est, tanta in miseros dona tacere, nefas.

15

Tu autem ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.

Ærũnis gravor heu! ne sit mora lõga juvãtis:
Prompta malis miserans dextera sæpe fuit.

16.17.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.

An dicã suscepta ultro quot crimina purgẽ?
Non æquat numerum sidus, arena, cinis.

18

Complaceat tibi Domine, ut eruas me, Domine ad adjuvandum me respice.

Flecte animũ, si jura sinunt arcana, benignũ;
Cum videas passum tanta, perire veta.

19. 20.21.

Confundantur, & revereantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & revereantur qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi: Euge euge.

Hanc animam, qui odere diu, perdãtur iniqui
Dejectique suo pondere ad ima ruant.



22
Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te, & dicant semper: Magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Sint tua, quot numerant Superi sibi gaudia; (laude;
Si canitur Christus, laudibus adde Patrem.

23.24.
Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei.
Adjutor meus, & Protector meus tu es, Deus meus, ne tardaveris.

Mendicum sat longa fames vexavit, & urget;
Viscera restauret Ros sacer, alma Ceres.

Psalmus 53.

1. 2.
Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Qui Judex, me lance probas: sis Ipse Patronus;
Non mea, conjuncto hoc Nomine, causa ca- (det.

3
Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsiverunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Me vexant fortes, ubi quæsivere sagaces;
Nec præsens Numē, nec procul esse volunt.

4

Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus suscceptor est animæ meæ. (strat:
Scuta Deus, galeasq; ad vulnera tanta mini-
Ut puerum Genitrix, me fovet ille sinu.

5

Averte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.
Si mea deperiit Saul funera; tanta Philistin
Reddiderint; capiti damna revolve suo.

6

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum est. (aram;
Non timor hic Agnã, vitulosque cremabit ad
Illa meus Superis gratiùs uret Amor.

7

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.
Es mihi nõ dispar; & amanti reddis Amores;
En manus hostilis sub pede pressa jacet.

IN TERTIO NOCTURNO.

Psalmus 58.

1. 2. 3.

Eripe me de inimicis meis Deus meus; & ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me.
Quia ecce ceperunt animam meam; irruerunt in me fortes. (cruorem:
Hanc Animam sitit hasta; bibat licet usque
Mersa Acherontæis exaturetur aquis.

Neque

4

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine, sine iniquitate cucurri, & direxi.

Qui mihi succensent, injuria nulla lacessit:
Gratuitus contra sæviit ille furor.

5. 6.

Exurge in occursum meum & vide; & tu Domine Deus virtutum Deus Israel.
Intende ad visitandas omnes Gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

Obvius occurras fortis Deus: inspice Regem,
Inspice Idumæos, & scelus omnes teras.

7

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt Civitatem.

Quos non Dius Amor, non Ara diurna cibat,
Exagitet vacuos, luce cadente, fames.

8

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audivit?

Cõpresso sub dẽte necẽ submurmurat Hostis;
Sic putat insanus sat latuisse dolos.

9

Et tu Domine deridebis eos; ad nihilum deduces omnes Gentes.

Astus irridet Mens Optima conscia fraudum;
Ad nihilum redigit, qui sibi magnus erat.

10

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus: misericordia ejus præveniet me.

Hoc robur, Te dãte, valet: Tu posse Gigãtem;
Tu Puero dederas sternere posse leam.

11. 12.

Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua, & depone eos Protector meus Domine.

Ne pereat rea Plebs: amissæ sit memor Urbis:
Infula nō decoret, non sacra Tēpla vagam.

13

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.

Sit vagus in Terris Christo qui jura negabat;
Romulidæ plectant, Rex cui Cæsar erat.

14

Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt. (Cruorem,
Sis probrum in Populis nocuum mentite,
Et conjurata voce precate Crucem.

15

Et scient quia Deus dominabitur Jacob, & finium Terræ. (volvat
Quis Jacob, quis Regna regat, quis & omnia
Inviti edifcent; nec sapient fatui.

16. 17.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt Civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Insidias umbris credunt, versantque fremēdo:
Sic latrat sicco dente canina fames.

Ego

18. 19.20.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psallam; quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

Ergò ubi vita salit post tanta pericula sospes:
Fortis es, Alme Pater, nablia mille canãt.

Psalmus 87.

1

Domine Deus meus in die clamavi, & nocte coram Te.

Adfuit oranti Lux pervigil, adfuit Umbra;
Cum dederam voces, Utraque téstis erat.

2

Intret in conspectu tuo oratio mea; inclina aurem tuam ad precem meam.

Orantem ne sperne Pater: sic læta benigno
Ad Terras poterunt illa redire Throno.

3

Quia repleta est malis Anima mea, & Vita mea inferno appropinquavit.

Agglomerata malis mala turbine quanta rotantur!
Heu! mala præcipitẽ me quasi ad ima ruũt.

4

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum; factus sum sine adjutorio inter mortuos liber.

Imminet Ignari patulo dixere sepulcro:
Nulla juvat Pietas, non levat ulla Manus.

5

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius; & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Occisis par esse putor, tumuloque relictis,
Quos nullo ad Vitā germine campus alit.

6

Posuerunt me in lacu inferiori; in tenebrosis, & in umbra mortis.

Exaturata cavas me deiicit Ira sub umbras:
Mortis, ait, jaceat pabula, Vermis adeps.

7

Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Tu Pater, & patiar, dextra simulante furores,
Obrueras Genitum gurgitis imbre Caput.

8

Longè fecisti notos meos à me; posuerunt me abominationem sibi.

Dissimulatus erā, velut advena; frōte, oculisq;
Aversis dicor fætida spumā, lutum.

9

Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Non vecti irascor captivus: frangere postes
Nolueram: est oculis clara negata dies.

10

Clamavi ad te Domine tota die; expandi ad te manus meas.

Extēsis manibus data sunt quot vota gemen- (do!
Seu Sol educat, seu Mare condat Equos.

Num-

11. 12.

Numquid mortuis facies mirabilia, aut Medici suscitabunt, & confitebuntur Tibi?
Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Pulvere in elingui quæ nuda cadavera dicēt
Carmina? quis Medica tinniet arte Cinis?

13

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & justitia tua in Terra oblivionis?

Moliris quæ Magna Deus, quæ Maxima, cōdit
Umbra; Stygis memorem quem sinit esse (lacus?

14

Et ego ad te Domine clamavi, & mane oratio præveniet Te.

Mane vel invita repetam raucedine voces;
Quin præeant radios, Lucifer, ora tuos.

15

Ut quid Domine repellis orationem meam? avertis faciem tuam à me?

Te Pater inclamo; procul impia funera pelle;
Nec tamen elongat vina cruenta calix.

16

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.

Præpoperos Materna dabant mihi viscera (sentes:
Dumque levat, jecit Crux mage in ima Ca-(put,

17

In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me.

Prætereat,Pater,ira reos,sobolemq;rebellem:
Sit meus ad pœnam,dum sitit hasta,cruor.

18

Circumdederunt me, sicut aqua, tota die circumdederunt me simul.

Probra,Dolor Vitam jurato fœdere voluunt:
Sic agitur tumidis undique linter aquis.

19

Elongasti à me Amicum, & proximum, & notos meos à miseria.

O'ubi nuper Amâs? & in hac ubi forte Sodales?
Tristibus abjectum nec Manus una levat.

Psalmus 93.

1

Deus ultionum Dominus, Deus ultionum liberè egit.

Ultrices valeat quis ludere Numinis Iras?
Hanc Terram nolit sistere? Terra tremit.

2

Exaltare qui judicas Terram;redde retributionem Superbis.

Regale hoc Soliũ jubeas simul esse Tribunal
Judicis; en dudum non timet atra Reus.



Usque

3. 4.

Usquequò peccatores, Domine, usquequò peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur injustitiam? (dit;

Jam satis ore procax impune Superbia plau-
Contrivit Fastus Jura verenda satis.

5

Populum tuum Domine humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt.

Sic, ut arena, tuus premitur, calcatur Jacob;
Sanguine jam saturum est torcular, Hostis,

6 (humus.

Viduam, & advenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.

Heu furor! heu rabies Ursis crudelibus impar!
Impia cum Viduis fit laniena Puer.

7

Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. (bant

Vecordes, cæcique Deum hæc vidisse nega-
Est sua, congeminant, unica cura Polus.

8. 9.

Intelligite insipientes in Populo, & Stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? (aurem

Quin sapis Insipiens? oculos qui donat, &
Surdus an infœlix? exoculatus erit?

10

Qui corripit, Gentes non arguet? qui docet hominem scientiam?

Quot docuit monitis? quot Barbara Regna fla- (gellis
Rector? & ad Solimos mutus, inermis erit?

11

Dominus scit cogitationes hominum; quoniam vanæ sunt.

Mens hominis per inane fluit, levibusque va- (gatur
Consiliis: gravior dicitur aura levis.

12

Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

O' fælix, quem recta docet, cui sacra recludit
Jura Deus! cultum dogma, Lycurge, sile.

13

Ut mitiges ei à diebus malis; donec fodiatur peccatori fovea.

Sic doctus non tristè gemet, nō Astra querelis
Impetet: at laqueos Sontibus Ira parat.

14

Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet.

Nō apro dat Pastor Oves, non vepribus Agnā:
Non Pater hic sævæ Pignora cara neci.

15

Quoad usque justitia convertatur in judicium, & qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.

Spicula confodient tandē sat passa pharetrā;
Distortas Animas rectius icta petent.

Quis

16

Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mihi adversus operantes iniquitatem?

O'mihi si faveas, fera comprime labra Malignis:
Adde mucronatum robur, amice Calybs.

17

Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno Anima mea.

Horresco memorans: Stygis alta voragoca- dentem
Jam quasi sorbuerat: Tu, bone Dive, levas.

18

Si dicebam: motus est pes meus: misericordia tua Domine adjuvabat me.

Nutavi quoties dubiis sub casibus æger;
Fautor ades; firmat Dextra, pericla cavet.

19

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Ad pondus recreor: non impare luce fugatur
Umbra; vigor fiet, quod modo vulnus erat.

20

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis? qui fingis laborem in præcepto.

Mendaces sileant: quæ vexant aspera, Numen
Levigat, & dulci flumine amara linit.

21

Captabunt in animam Justi, & sanguinem innocentem condemnabunt.

Quale nefas O sor Justi non audet Iniquus?
Innocuus laquei stat sine Jure reus.

22

Et factus est mihi Dominus in refugium ; &
Deus meus in adjutorium spei meæ.

Provocat ad Superũ Læsus non ritè Tribunal;
Deteget obtectos Mens oculata dolos.

23

Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos
Dominus Deus noster.

In Caput infandũ calybes Astræa retorquet:
Ibit in incertas transfuga Turba plagas.

LECTIO SEPTIMA.

De Epistola B. Pauli ad Hæbræos. *Cap.* 4.

1

Festinemus ingredi ad illam requiem; & ne in idipsum quis incidat incredulitatis
exemplum.

Sacra Fides festina gradu, contende, sequacis
Ad Pacem longa est semita, Vita brevis.

2

Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ,
& spiritus, compagum quoque, & medullarum.

Os Patris Ingeniti Verbũ dat Mentis acutum,
Tum Vitã hoc poterit, tum dare Voce recẽ.
Ancipiti minus Ense valet discindere Miles:
Obiicit ah! Iudas saxea corda sono.
Duratos damna, melior Iudæe, Parentes:
Da faciles Animos; dogma verere novum.

3

Et discretor cogitationum, & cogitationum cordis; & non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus ad quem nobis sermo.

Perspicua est Domino quæ cor fæx intima (turpat;
Fortior hoc Sole est;vel cavà in antra valet.
Criticus est:Hominis rimatur & abdita Cēlor:
Quæ tegit umbra,videt,quæ simulata,librat.

4

Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit Cœlos Jesum Filium Dei, teneamus confessionem.

Pontificem super Astra tuū sua tollere Virtus
Visa fuit: Jesum nosce, fatere Deum.

5

Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum per omnia pro similitudine, absque peccato.

Pertulit Innocuus pœnas; incōmoda Vivens;
Expertus,Miseris forte negeret opem?

LECTIO OCTAVA.

1

Adeamus ergo cum fiducia ad Thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

Eja veni: mitis Salomon Solio assidet: audes-
Anne leo in gradibus saxeus ire vetet?

Omnia

2

Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum; ut offerat dona pro peccatis.

Pro scelerum venia Numen vult stare Patro- (nos;
Quæque piet culpam munera, sponte dedit.

3

Qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant; quoniam ipse circumdatus est infirmitate.

Ad Populi noxas frõtem ne contrahe, Mysta;
Te quoque, quam facilis tingeret illa lues!

LECTIO NONA.

1

Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron.

Quisquis es, injussus ne scande Altare Sacer- (dos;
Infula si fuerit, si data thura, lites.

2

Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret; sed qui loquutus est ad eum: Filius meus es Tu; ego hodie genui Te: quemadmodùm, & in alio loco dicit. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Hoc docuit, delapsa venit Cui ab Axe Thya- (ra;
Hunc quando evulgat se genuisse Pater.

3

Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia,

Quid neget Orāti Genitor? redivívus ab Urna
Assurgit Jesus, tum scelus omne cadit.

4

Et quidem cum esset Filius Dei didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam; & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech.

Justa Crucis tormenta subit; quo lōga cavéret
Damna Reis: discant hi leviora pati.

AD LAUDES.

Psalmus 50.

I

Miserere mei Deus secundum. Pag. 44. Fer. 5.

Psalmus. 142.

I

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua exaudi me in tua justitia.

Si precibus, Numē, fusis mihi prona fit Auris.
Spero equidē: fuerit munere larga Manus.

2.

Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis Vivens.

Heu tua, vel Justis, Lanx formidata! quid ipse
Non timeā multa tam malè sorde gravis?

3. 4.

Quia persequutus est inimicus animam meam humiliavit in Terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. (error;

Ad mala præcipitem dudum malus impulit
Ut tumulus, fuerat contenebrata dies.

5. 6.

Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in operibus tuis; in factis manuum tuarum meditabor.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. (poti,

Ubere quo Patribus, pariter pluat Æthra Ne-
Sic sitit, exucco gramine, Campus aquas.

7. 8.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. (ægrum

Præproperam da, Numen, opem: jam deserit
Halitus: occiduum penè sepulcra vocant.



9. 10.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.

O' si propitias veheret mihi Lucifer horas!
O' si, qua gradiar, fida doceret Eos!

11

Eripe me de inimicis meis Domine; ad te confugi; doce me facere voluntatem tuam.

Ad mala detorquet miserũ violenta Superbi
Dextra: Deus, jusso tramite rectus eam.

12

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter Nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Non Boreas, non Eurus agent ad littora tutam
Sacra Ratem: Superum flamina vela ciant.

13. 14.

Educ de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam; quoniam ego servus tuus sum.

Prædico verax Lætissima, tristia Vates:
Prave, cades, Justus (rumpere) sospes erit.

Psalmus 62.

Deus Deus meus ad te de luce vigilo.
Fer. 5. Pag. 51.

CANTICUM HABACUC.

Domine audivi auditionem. In Cant. Pag. 18.

Psalmus 148.

*Laudate Dominum de Cœlis.*In Fer.5. Pag.53.

CANTICUM ZACCARIÆ.

Benedictus Dominus Deus Israel.
In Fer.5. Pag.57.

SABBATO SANCTO.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 4.

1
Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ in tribulatione dilatasti mihi.

O' male Regnantū durata Gementibus Auris!
Non ita, Cui nuper Vox mea vota dedit.

2
Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Quā merear mihi fisus opē? Tu dexter adesto;
Ne prece contempta vox per inane fluat.

3
Filii hominum usquequo gravi corde? ut quid deligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Cur placuit Tellus Soles mentita serenos?
Jam dudum illuvies sordida corda gravat.

4

Et scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Risistis dum thure Deum venerabar, Inepti.
Quin, mihi quæ fecit mira, stupere juvat?

5

Irascimini, & nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini.

Est sacra, quæ motus compescuit ira rebelles:
Te gemere in tacito corde cubile sciat.

6

Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domine: multi dicunt quis ostendit nobis bona?

Spes vireat, si thure colis; si concidit Agna;
Certa manet, quamvis non manifesta salus.

7

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo.

Mentibus enituit claris fulgoribus Æther;
Sic mihi sic poterit surgere læta dies.

8

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

Pinguia spica ferax dat pignora, Vitis, Oliva;
Inde genus potuit multiplicare Pater.

9

In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Securo est donata quies; licet obstrepat orbis,
Adrepet placidus, nec sine Pace, Sopor.

10

Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

(rorem

Pax tranquilla fovet, perdunt hinc arma fu-
Invidus & frustra Cerberus inde latrat.

Psalmus 14.

1

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Fælicẽ ne Stulta canas Helicona Prementem;
Quem merito laudes,consule,Musa,Deum.

2

Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Sors datur illa, cui non conscia criminis ætas,
Fraus cui nulla fuit, nec litus arte dolus.

3

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Cui nunquam resecrata fides obtruditur ulla;
Lex cui ab immeritis tẽperat ora probris.

4

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum, glorificat.

Vile Genus,Nocuos, despecta vilius alga,
Insontes meritis suppare laude canit.

Qui

5

Qui jurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Ille tenax fidei, turpisque est fœnoris Osor.
Nec pretium innocui dona cruoris amat.

6

Qui facit hæc non movebitur in æternum.

Hunc hominem patria sibi sublevat Æthra (Curuli,
Nullus Avernali turbine ventus agit.

Psalmus 25.

1

Conserva me Domine, quoniam speravi in te: dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Quæ bona suspirare datur, nũ deneget Autor
Qui Bonus est Bonitas, qui sibi & omne bo- (num?

2

Sanctis, qui sunt in terra ejus: mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Perversos odi, Justum complector amicum,
Dum bene sic sapui, tu mihi Doctor eras.

3

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.

Ægra diu jacuit male percita criminis ictu
Plebs tua: Te potuit dante fugare malum.

4

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Nō cogā ad cætus, libant qui thure profano;
Non memorē,quorū templa cruore madēt.

5

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es,qui restitues hæreditatem meam mihi.

Sunt meliora mihi,quam Genti jura; paternā
Vivit,& hæredi rem dat adire Pater.

6

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Contigit uberior regio, fælicius aruum :
Has mihi dū fautrix Chorda notabat opes.

7


Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum; insuper, & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Abdita multa patent menti, te Sole; nec ulla
Nox poterit tantum contumulare jubar.

8

Providebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commovear.

Ut vidi, ut vixi! præsens à fronte dedisti
Vivere: nec dubiis passibus ire fines.



Pro-

9

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

Quid moror in laudes? fiat vox cõsona Cordi:
Vita quid extimeat, si relevanda cadit?

10

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Infera perpetuo non claudes ostia vecte;
Non bibet æternus frigida membra cinis.

11

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultus tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

Quò redeã monstrabis iter, sua tota Sepulchro
Umbra sit, æterno à Sole hilarare, dies.

LECTIO PRIMA.

De lamentatione Jeremiæ Prophetæ. *Cap.* 3.

1

Misericordia Domini, quia non sumus consumpti; quia non defecerunt miserationes ejus.

Numinis ò nostram miserans Clementia (Sortem!
Stamus adhuc: superest post mala tanta,

2

Novi diluculo: magna est Fides tua.

Jam dudum pleno Amne Deus dare mune- (ra novi:
Collatis memor est addere dicta Fides. (Genus.

3

Pars mea Dominus, dixit Anima mea;
propterea expectabo eum. (rependent:
Quæ patimur, non Terra, bonis olim Astra
Lux optata venit, siste, morare, venit.

4.5.

Bonus est Dominus sperantibus in eum,
Animæ quærenti illum.
Bonum est expectare cum silentio
Salutare Dei.

Illusit cui Dia Fides? quem firma fefellit?
Promissum referet Spes taciturna Bonum.

6

Bonum est Viro, cum portaverit jugum
ab adolescentia sua.

Colla jugo legũ submittere, disce Juventus;
Sic Æuum dabitur fertile: disce Puer.

7

Sedebit solitarius, & tacebit, quia le-
vavit se supra se.

Verũ ænigma loquar: qui sacra silentia solus
Dum sedet, eructat, se magis Altus erit.

8

Ponet in pulvere os suum: dabit
percutienti se maxillam.

En orat dejectus humi, sudore cruentus;
Obvia probrosis ictibus ora dabit.

9

Saturabitur opprobriis.

O! sacra ingluvies! ò Jesus mira Cupido!
Probra pluunt pleno turbinè; probra sitit.

LECTIO SECUNDA. *Cap.4.*

1

Quomodo obscuratum est aurum? mutatus est color optimus.

O'ubi substructæ Solymis nitor aureus Aulæ;
Fumosos simulant usta metalla rubos.
Commendare solet quæ fax sociabilis aurũ,
En nigrat: heu teter carbo, quod illa cre-
(mat!

2

Dispersi sunt lapides Sanctuarii in capite omnium platearum.

Lambere quæ potius submisso vertice Saxa
Debueras, triviis jacta, Superbe, teris?

3

Filii Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum Figuli?

Heu! qualis Figulus limosa in vasa refinxit
Ex auro chlamydes? quæ Rota Fabra fuit?

4

Sed, & lamiæ nudaverunt mammam: lactaverunt catulos suos. Filia populi mei crudelis, quasi Strutio in deserto.

Est mite in lamia, crudele in Matribus Uber:
Struthio sic Pullos reiicit ungue suos.

5

Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti; Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Faucibus exuccis, gemitum lingua ipsa nega-
(bat;
Heu teneras juvit quæ pia mensa Manus?

6

Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis. Qui nutriebantur in crovis, amplexati sunt flerum.

Subsequitur probrosa Fames adipata Potētū:
Cultitra, non coccum textile, pulvis erat.

7

Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato sodomonum, quæ subversa est in momento. (Ignis;
Absumpsit Sodomam properis ardoribus
Roditur at tardo Dente scelesta Sion.

8

Et non cæperunt in ea Manus Jerusalem. (Miles
Pentapolim non Arma Ducum, non impete
Diruerant; supera fit face tota rogus.

LECTIO TERTIA. *Cap. 5.*

1

Recordare Domine, quid acciderit nobis; & respice opprobrium nostrum. (Ira;
An non immemorem, Solimos quæ presserit
Excutiam? repetet num probra tāta dolor?

2

Hæreditas nostra versa est ad alienos, Domus nostræ ad extraneos.

Chaldæi data nostra Sion furacibus ausis
Ingemit: heu Sedes Hesterus, Hostis habet.

Pupil-

3

Pupilli facti sumus absque Patre.
Matres nostræ quasi Viduæ.

Pupilli Tutoris opem, Te Dive rogabant
Congeminant fletus, ceu Viduata Nurus.

4

Atquam nostram pecunia bibimus: ligna
nostra pretio comparavimus. (undam,
Communē pecori, communē & anguibus
Nostrum etiam nostro penditur ære nemus.

5

Cervicibus nostris minabamur: lassis
non dabatur requies. (supellex
Post juga, post cophinum non impare corbe
Addit onus: lassus cogitur ire labor.

6

Ægypto dedimus manum, & Assyriis;
ut saturaremur pane. (Profanis
Ærumnosam Animam vili prece Lingua
Subdidit: heu quali est ære levatus Inops!

7

Patres nostri peccaverunt, & non sunt; &
nos iniquitates eorum portavimus.
Debita Majorum sceleri fit pœna Nepotis.
Cæditur Iste, Reus dum cubat Ille Cinis.

8

Servi dominati sunt nostri: non fuit qui
redimeret de manu eorum.
Est Genti, est Servis Liber servire coactus;
Fœnore, quæ redimat Dextera nulla fuit.

9
In animabus nostris efferebamus panem nobis, à facie gladii in deserto. (astus;
Panibus insidiæ vigilant: juvat Armiger
Latronum ingluviem vix via torta cavet.

10
Pellis nostra, quasi clibanus exusta est; à facie tempestatum famis.
Clibanus ut viridesturpat fuligine ramos,
Est nigrata Famis tabido ab igne cutis.

11
Mulieres in Sion humiliaverunt, Et Virgines in Civitatibus Juda.
Virgineus nitor erubuit: prostrata Venustas
Fæda jacet; passo crine nefanda dolet.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 23.

1
Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.
Ne cristâ attollas Regnis dominate Dynasta.
Quæ Domini Terra est, Tu, quasi Verna, (colis.

2
Quia super maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum.
Incola ubi poterat planta consistere sicca.
Altior assurgens si premit unda solum?

Quis

3

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus.

Cui fortunato, cui surgere in alta licebit?
Cui nova sidereis addere plectra choris?

4

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Scilicet innocuo cui volvitur ordine mensis,
Est cui mendacis nescia lingua doli.

5

Hic accipiet benedictionem à Domino; & misericordiam à Deo salutari suo. (vebunt:
Hic amor est Superis; huic Astra benigna fa-
Non erit in misera sorte relictus inops.

6

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob.

Educat hanc sobolem divini cura Parentis:
Scilicet haud alium quæritat illa Patrem.

7

Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. (Olympi?
Quæ mora? quis, Superi, præeat reserator
Rex patrio assurgit rite sedere throno.

8

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Dicite cui pateat? cui? nullus fortior illo est:
Restitit armato nulla caterva Duci.

Attol-

9

Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex Gloriæ.

Audimur? fera quæ postes obstruxit avitas?
Frangite, si vectis durior Astra negat.

10

Quis est iste Rex Gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex Gloriæ.

Frustraris:meliora doce:cui claustra patebũt?
Si comes est virtus Regia,claustra patent.

Psalmus 26.

1. 2.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? (umbris?
Sole ab inocciduo mihi lux; quibus obruar
Ancile Æthereum quæ Stygis hasta fodit?

3

Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas.

Exagitat quæ dira fames? quæ fæda cupido?
Heu rabies! hæc in viscera dente furunt.

4

Qui tribulant me Inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Substitit enervi ferus impetus; ire retrorsum
Cogitur, & vacua fauce supinus hiat.

Si

5.6.

Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium: in hoc ego sperabo.

Obluctare salum; rupes immota manebit:
Ne plaudas Arcus tente; sagitta perit.

7

Unam petii à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Unum hoc da precibus, Numen; nõ ista perennis
Aula mihi, tua sit Regia, firma domus.

8

Ut videam voluptatem Domini, & visitem templum ejus.

Non soli postes, penetralia sacra patebunt.
Discere sic liceat, quæ data jura velis.

9


Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

Quid rabida in cædes indagine quæritis hostes?
Quem Divina tegunt vela, patere nequit?

10

In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Eminet invisus super alta cacumina vertex:
Torta diu tutus spicula ridet apex.



Cir-

11

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Saucius occubuit gratus sic Agnus ad aram;
Gratius ascendet, currite plectra, melos.

12

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, & exaudi me.

Quæ mala, quot turbent, poterat satis esse videnti;
Sed patere aggestas, Lux oculata preces.

13

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Alliciunt sat multa sibi data munera, Numen;
Non calet acceptis, Te sine, friget Amor.

14. 15.

Ne Avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto: ne derelinquas me: neque despicies me, Deus salutaris meus.

Aversũ meruisse Deũ mihi ritè fatendũ est;
Contineat justas blandior ira minas.

16

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.

Infanti similem, cui nulla est cura Parentum,
Die Pater, misera in sorte jacere veta.

Legem

17

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Effrænē, ſine lege vagū manus arbitra ducat;
Addidit hoſtilis magna pericla dolus.

18

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Jurato aggreditur teſtata calumnia verbo;
Et mentita loqui teſtis & ipſa ſibi eſt.

19

Credo videre bona Domini in terra viventium.

Hæc bona vix bona ſūt; alio cor ab igne cre- (matur.
Vera, nec occiduo in Sole, fruenda, ſequor.

20

Expecta Dominum viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Digna viro ſit firma fides, ſpes vivida creſcat:
Læta dies veniet tarda? morare; venit.

Psalmus 29.

1

Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.

Hoſtiles cecidere auſus, periitque voluptas:
Ludicer in mentes gaudia ſomnus agit.

2

Domine Deus meus clamavi ad te,& sanasti me.

Ne jactet celebris succos panacæa salubres;
Florida diffuso sydera rore juvant.

3

Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me à descendentibus in lacum.

Lætor jo: miserum glutiverat alta vorago:
Eripior: vacuo gutture, Averne, fremas.

4

Psallite Domino Sancti ejus:& confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Halitus hic liber, si voce superstite currit.
Justi omnes, Domino sit repetitus honor.

5

Quoniam ira in indignatione ejus:& vita in voluntate ejus.

Si furit ad cædem, quæ vis, quæ restitit iræ?
Vivere si donet, quis data dona rapit?

6

Ad vesperum demorabitur fletus:& ad matutinum lætitia.

Triste sui gemuit sceleris Memor; incubat (umbra
Luctibus; at lacrymas terget amica dies.

7

Ego autem dixi in abundantia mea: non movebor in æternum.

Est sedes mihi firma domus, datur ampla su- (pellex;
Non tinea imminuet, nō manus ulla rapax.

Domine

8

Domine in voluntate tua:præstitisti decori meo virtutem.

Non poterat sic stare thronus,non copia rerũ;
Si velles humilem,si cecidisse bonis.

9

Avertisti faciem tuam à me;& factus sum conturbatus.

Post ubi mens aversa tua est;jacuere lacerti;
Decubui infælix; præcoce nocte nigror.

10

Ad te Domine clamabo : & ad Deum meum deprecabor.

Dũ spirare licet,dũ funebris umbra moratur;
Par erit ut radiis adjuvet Æthra suis.

11

Quæ utilitas in sanguine meo:dum descendo in corruptionem ?

Annè meo tellus saturabitur ulla cruore ?
Vermibus an fuerit putrida danda caro ?

12

Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam ?

Pulvere in elingui tua laus repetẽda taceret;
Garrula non faceret muta sepulcra cinis.

13

Audivit Dominus,& misertus est mei:Dominus factus est adjutor meus.

Exoratus ades : data dextra benigna gementi (est,
Non passa in luctu me lacrymare diu.

Con-

14

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Festivum in murmur mutata est nænia tristis:
Exhilaror:vestis pulla caduca fuit.

15

Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

Splendidior sub luce nova nova carmina dicã;
Pensile non ulla in nocte silebit ebur.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 53.

1. 2.

Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Magna tui fuerint præconia Nominis, hæc si
Stet Vita, & justo à Judice læta ferat.

3

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsiverunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Me vexant fortes, ubi quæsivere sagaces;
Nec præsens Numẽ, nec procul esse volunt.

4

Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

Scuta Deus,galeasq;ad vulnera tāta ministrat;
Ut puerum Genitrix,me fovet ille sinu.

5

Averte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

Si mea deperiit Saul funera; tanta Philistin
Reddiderint: capiti damna revolve suo.

6

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum est. (aram;
Nō timor hic Agnam, vitulosq; cremabit ad
Illa meus Superis gratiùs uret Amor.

7

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

Es mihi non dispar;& amanti reddis Amores;
En manus hostilis sud pede pressa jacet.

Psalmus 75.

1. 2.

Notus in Judæa Deus: in Israel magnum Nomen ejus.

Et factus est in Pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion. In Fer.5. Pag.34.

Psalmus. 87.

I

Domine Deus Salutis meæ. In Fer.6. Pag.85.

DE.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtolis ad Hebræos. *Cap. 9.*

I.

Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, ideſt non hujus creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in Sancta æterna redemptione inventa.

(Sacerdos
Grandia, & Alta parat Summus, meruitque
Dona tibi, ad ritus, ad nova Templa vocat.
Non vituli jugulum, nõ ſaucius hircus ad arã;
Effuſo Chriſtus ſanguine monſtrat iter.

2

Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum S. ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſervidendum Deo viventi?

Vix primam mundare cutem potuere crueti
Taurorum latices; inſidet alta lues.
Myſticus Unus hic eſt, penitas qui deleat A-
Tot ſcelerũ maculas, Unicus ille valet. (gnus



LE-

LECTIO OCTAVA.

1

Et ideo novi Testamenti Mediator est ; ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

Fortunata Dies, qua mitis Jesus, ut obses,
Se dederat Patri, qua mala nostra luit.
Pagina nulla vetus tantum legare Patronum
Visa: novo venia è Codice tanta venit.

2

Ubi enim Testamentum est, mors necesse est intercedat Testatoris; alioquin non dum valet, dum vivit qui testatus est; unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.

Humano Dominus Juri se subdidit ultro;
Quæ bona testatur, sic rata, Morte dedit.
Eja oculo, manibusque legas, qui diceris Hæres;
Rite notat largus munera tāta Cruor.

LECTIO NONA.

1

Lectio enim omni mandato legis à Moysi universo Populo ; accipiens sanguinem Vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum qu oque librum ; & omnem Populum aspersit.

Illa Typus fuerant; sortem ducuere futuram;
Unda, Cruor, Gramen, Coccina lana, Cinis.

Dicens,

2

Dicens, hic sanguis Testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Mysticus est, pecudum qui sanguis fumat ad (Aram,
Plura notat Moses, quam data verba sonāt.

3

Etiam tabernaculum, & omnia Vasa Ministerii aspersit; & omnia pene in sanguine secundum legem mundantur.

Nobilis hoc etiam lustrabitur Arca cruore;
Hoc cyathi, hoc lāpas, hoc sacra Vasa nitēt.

4

Et sine sanguinis effusione non fit remissio.

O' Tibi quanta Reus donaria debet, Jesu?
Occidis; at nostra, hoc funere, Vita redit.

AD LAUDES.

Psalmus 50,

Miserere mei Deus, &c. Fer.5. Pag.44.

Psalmus 42.

1

Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloso erue me.

Eheu quantū audet mentita calumnia! causā
Suscipe, & obtrusam, Conscie, scinde dicam.

Quia

2

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

Quærere si liceat, si jungere posse querelas,
Hostiles ausus prævaluere nimis.

3. 4.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei; ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Lucida, quæ valeas edicere dogmata, narra,
His didici, sacras nuper inire vias.

5

Confitebor tibi in Cythara Deus, Deus meus; quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

O'quid tristis adhuc vanis cruciatibus angor?
Da cytharam: questus psaltria chorda fugat.

6

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus meus, & Deus meus.

Concentus ne pone fides; Spes vivida, vivax
Spes tibi, spes tribuet posse sonare diu.

Psalmus 62.

1

Deus Deus meus ad te de luce, &c.
Fer.5. Pag.51.

CANTICUM EZECCHIÆ.

I

Ego dixi in dimidio dierum, &c.
In Canticis. Pag.13.

Psalmus 148.

I

Laudate Dominum de Cœlis, &c.
In Fer.5. Pag.53.

CANTICUM ZACCARIÆ.

I

Benedictus Dominus Deus Israel.
In Canticis. Pag.2.



PASSIO

Domini nostri Jesu Christi Joa: 18.

POETICIS FIDIBUS INTERTEXTA.

Sol audi, ni verba dolor, ni funebre carmen
Præripiat, quanta est passus Jesus Amor.

1

In illo tempore egressus est Jesus trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus.

Molle caput submitte Cedron: est trames in hortum;
Jesus it, it Comitū quæ mage cara Manus.

2

Sciebat autem Judas, qui tradebat eum, locum; quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

Scit Judas famosus iter, scit Proditor aruum:
O' foret ambiguum, quod dabat illud, iter.

3

Judas ergo cum accepisset Cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis Ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

(ignes;
Procedit nocturna Cohors: Styx prætulit
Impia Tartareus condidit arma focus.

4

Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit.

Obvia det laqueis Tolerantia Servatorem,
Præscia quid Mystæ, quot mala Miles agit.

5

Et dixit eis: quem quæritis? responderunt ei: Jesum Nazarenum.

(lat;
Quem voluere truces Animæ, nitor ipse reve-
Cæca sed ad tantum Noctua lumen erat.

6

Dicit eis: Ego sum: stabat autem, & Judas, qui tradebat eum cum ipsis: ut ergo dixit eis Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

(trorsum;
Concide iniqua Cohors, da terga supina re-
Quæ Vox erexit Sidera, stare vetat.

7

Iterum ergo interrogavit eos: quem quæritis? illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.

Territa, ut elinguis ructat se quærere Jesum:
Heu! vocat, ut perdat, qui prece dignus erat.

8

Respondit Jesus: dixi vobis, quia Ego sum; si ergo me quæritis, sinite hos abire.

Me me, adsum, dixit; Sociis at parce Satelles
Sistor Ego, votis præda petita tuis.

Ut

9

Ut impleretur sermo, quem dixit; quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

Eveniunt, cecinere olim quæ carmina Vatū:
Quæ parat in Socios vulnera Dextra, riget.

10

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis servum, & abscidit auriculam ejus dexteram: erat autem nomen Servo Malcus.

Ira calet, vocat arma Ultrix: non illa, nec Ensis
Vaginam tolerant: Dexter it Aure cruor.

11

Dixit ergo Jesus Petro: mitte gladium tuum in vaginam: calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?

Pone animos, pone arma Furor: libare Parenti
Tempus adest Sobolis vulnera; Petre vetas?

12

Cohors ergo, & Tribuni, & Ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum. (Tribunus

Æthra vides tam grande nefas? veneranda
Colla ligat: Furiis ò resecanda Manus!

13

Et adduxerunt eum ad Annam primum; erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius?

Ære sitim pacto, quo Proditor expleat, Annæ
Captiuum sistit: stips, mala quanta trahis!

14

Erat aut Caipha qui consilium dederat Judæis quia expedit unum hominem mori pro Populo. (audax

Utile quod Populis Gener inscius, impius, Eloquitur, Dio sanxerat ore Pater.

15

Sequebatur autem Jesum Simon Petrus. (timendo,

Es benè Petre sequax: sed Cor, Tibi damna Quam malè fit Socium! quam male vile

16 (tremet!

Et alius Discipulus: Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. (alter;

Tù melior, Tu fidus amans Comes adderis Atria Tu melior nota animose subis.

17

Petrus autem stabat ad ostium foris; exivit ergò Discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.

Heu frustra sperata fides, constantia, robur! Deiicient Animos Atria, Verba, Timor.

18

Dixit ergo Ancilla Ostiaria: numquid, & Tu ex Discipulis es hominis istius? (nutat:

Dicere adacta palam Mens, quæ tenet agnita, O' tunc Servilis si tacuisset Anus.

19

Dicit ille; non sum.

Quo cessit juratus Amor? quò robur in arma? Fædus, Amicitiam, Numina, Petre, negas?

Stabant

20

Stabant autem Servi, & Ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se.

Impulit ad prunas Aer;nec ab igne calescit
Intus hyems:alio frigore corda rigent.

21

Pontifex ergo interrogavit Jesum de Discipulis suis,& de doctrina: respondit ei Jesus:Ego palam loquutus sum in Mundo; ego semper docui in Synagoga, & in Templo, quò omnes Judæi cōveniunt, & in occulto loqutus sum nihil;quid me interrogas?interroga eos,qui audierūnt, quid loqutus sum ipsis; ecce hi sciunt, quid dixerim eis.

Nota Urbi, testata petit, vulgata Sacerdos;
Fulgores patulo Sol hic ab ore jacit.

22

Hæc cum dixisset, unus assistens Ministrorum dedit alapam Jesu dicens: sic respondes Pontifici?

Respondit ei Jesus: si male loqutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, cur me cædis? (bes;

Terra dehisce,nigrare Dies,jace fulmina Nu-
Divinū Os tumido verbere Dextra quatit.
Impie, crudelis,Stygis improba spuma Satel-
Ad colaphos addis verba nefāda procax?(les

23

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem: erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se.

Duceris, anne ultro sistis Te, Christe, Thiaræ?
Pruna fovet stantẽ, quem vetat ire Timor?

24

Dixerunt ergo ei: numquid, & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: non sum.

Sæpe metalla cavis fornacibus usta Caminus,
Hic male firma Pavor frigidus ossa probat.

25

Dicit ei unus ex servis Pontificis cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam: nonne ego te vidi cum illo in horto? iterum ergo negavit Petrus, & statim Gallus cantavit.

Luminibus quæ vera videt testātibus, excors
Conticuit, dicet forte probata memor.
Scilicet: eja vigil sua prævia murmura Gallus
Integret; Infido tempora dicta notet.

26

Adducunt ergo Jesum à Caipha in Prætorium; erat autem mane; & ipsi non introjerunt in Prætorium, ut non contaminarentur; sed manducarent Pascha.

O' stultæ fraudes! ò fuco perlite Ritus!
Non scelus, at Juris ne notet Aula, cavent.



Exivit

27

Exivit ergo Pilatus ad eũ foras, & dixit: quam accusationem affertis adversus hominem hunc? responderunt, & dixerunt: si non esset hic male factor, non tibi tradidissemus eum.

Inuidiæ sequitur mendosa Calumnia sensus;
Effrontes audent, & Reus Actor erat.

28

Dixit ergo eis Pilatus: accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate eum.

Proh timor! ò vilis Prætoria tota Potestas!
Jus datur in causa, sunt Cui Jura jocus.

29

Dixerunt ergo Judæi: nobis non licet interficere quemquam: ut sermo Jesus impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

Audi Relligio, quibus es defensa Patronis:
Justitiam inclamant; sed cor iniqua coquit.
Dicta erat hæc oppleta odiis Pietatis Imago;
Sic tegitur Livor, qui necis Autor erat.

30.

Introivit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei Tu es Rex Judæorum?

Te, Prætor, doceat Thronus iste, tuumve Tri-(bunal,
Regia quæ Virtus dicere jura dedit.



31

Respondit Jesus; à temet ipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? respondit Pilatus: numquid ego Judæus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi; Quid fecisti?

En quis homo Jesus: firmissimus Osor iniqui
Integer; omnis hic est Unica origo boni

32

Respondit Jesus: regnum meum non est de hoc Mundo: si ex hoc Mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem Regnum meum non est hinc.

Regnum unum Christi tota est hæc machina (Mundi;
Sed non hic Solium vult sibi stare suum.

33

Dixit itaque ei Pilatus: ergo Rex es tu? respondit Jesus: Tu dicis quia Rex sum.

Hæsitat; haud credit Regem substare lacernæ:
O' demens! Grandem num facit esse (chlamys?

34

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, ut testimonium prohibeam Veritatis: omnis, qui est ex Veritate, audit vocem meam.

Dive veni, quæ vera doce Supreme Magister:
Decepit faciles Infera Sella Viros.



Dicit

35

Dicit ei Pilatus: quid est Veritas? & cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dixit eis: Ego nullam invenio in eo causam.

Hæc tibi nunc, Judex, satis est novisse: mali- (gnus
Actor agit: justus Talio damna vocat.

36

Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum?

O' Prætor distorte! fit Arbitra prava Volũtas;
Nec Sacra Insonti, quæ male texta, secant.

37

Clamaverunt ergo rursum omnes dicentes: non hunc, sed Barabbam: erat autem Barabbas latro.

Heu voces! horrore Polus, Sol, Astra tremebãt:
Non Latro, ad interitum pejor Jesus eat.

38

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit.

O' furor! heu Pietas! tabescite Sidera testes:
Obruit innocuus Terga verenda Cruor.

39

Et Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt Capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum.

Eloquar? an sileã? dant coccina fæda lacernã;
Ad risum, ad pœnas fit diadema rubus.

40

Et veniebant ad eum, & dicebant:
Ave Rex Judæorum: (Olympus?
Ludibrium quod tale unquam prospexit
Audivere datum Sidera pejus, Ave?

41

Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dixit eis: ecce adduco vobis eum foras; ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.
Ah! tueare palam;fueras jam conscius Æqui;
Non videt hoc odiis exoculata Cohors.

42

Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum; & dixit eis: Ecce Homo.
Exponit, si forte juvet, lacrymabile visu:
Ecce Hominem; dicas altius, ecce Deum.

43

Cum ergo vidissent eum Pontifices,& Ministri, clamabant: crucifige, crucifige eum.
Pontifices livor, magis an vesania versat?
Devovere simul, quem colit Ara, Cruci.

44

Dicit eis Pilatus: accipite eum vos, & crucifigite:ego enim non invenio in eo causam.
Dissonat os Menti, Prætoria Jura loquelæ:
Hostibus, in causa quæ statuenda, sinit.

45

Responderunt ei Judæi: nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se facit.
Divinum damnare Genus, vesane Sacerdos,
Non tuus hic Codex,lex valet una Patris.

Cum

46

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

O'legis sine lege Timor! male caute Minister,
Debueras Scribæ dicere: cede libros.

47

Et ingressus est Prætorium iterum, & dixit ad Jesum: unde es Tu? Jesus autem responsum non dedit ei.

Judææ campos, Jordanem consule, Prætor,
Si sapias; Patrios audiit ille sonos.

48

Dicit ergo ei Pilatus mihi non loqueris? nesci quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? (Potestas?
Quid crepitat? quid inepta tumet Romana
Quæ Caput est Orbis Roma, subesse sciat.

49

Respondit Jesus: non haberes adversum me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit Tibi majus peccatum habet.

Altius advenit, quã Vim tibi denigrat *Usus*;
Actorem infecit turpius atra lues.

50

Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum; Judæi autem clamabant dicentes: si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se Regem facit, contradicit Cæsari.

Ah Stygios edocte dolos! quid, Mista, cavebas
Impie Romæ odiũ? quin mage pelle tuum

Pilatus

51

Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adducit foras Jeſum, & ſedit pro Tribunali in loco, qui dicitur lithoſtrotos, Hæbraice autem Gabata.

Aſtra videte: Fori rectus ſubvertitur ordo:
Debueras, Judex impie, ſtare Reus.

52

Erat autem Paraſceve Paſcha hora quaſi ſeſta & dicit Judæis: ecce Rex veſter: illi autem clamabant: tolle tolle; crucifige eum.

Execrande fragor! Vocū ò concordia demens!
Pejores ructant nec Stygis antra ſonos.

53

Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam reſponderunt Pontifices: non habemus Regem, niſi Cæſarem. (Regem?
Veſtrum, Prætor ais, damnent mea dogmata
Ah mendax! Noſtrum dicere debueras.

54

Tunc ergo tradidit Illum, ut crucifigeretur.

Judex deteſtande, lupis das triſtibus Agnum?
O' fera tunc David frangeret ora novus.

55

Suſceperunt autem Jeſum, & adduxerunt; & bajulans ſibi crucem exivit in eum, qui dicitur calvariæ locum, hæbraice autem Golgota. (Æthræ:
Pro ſceptro ſibi ferre Crucem Rex cogitur
Ah! dicam melius: ferre Redemptor amat.

56

Ubi crucifixerunt eum; & cum eos alios duas, hinc, & hinc; medium autem Jesum.

Tolle caput,tumulate Adam;jam servat Jesus
Quod Genus audebas perdere, dire Pater.

57

Scripsit autem, & titulum Pilatus,& posuit super crucem: erat autem scriptum Jesus Nazarenus Rex Iudæorum.

En posuere, legas scriptum sublime, Viator;
Non sinet heu fletus! rubra fluenta lege.

58

Hunc ergo Titulum multi Judæorum legerunt quia prope Civitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus., & erat scriptus. Hebraice, Græce, & Latine.

Legerunt, quibus atra oculos siccaverat Ira;
Nec tamen errores dedidicere suos.

59

Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: noli scribere,Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum.

O' fatui ! si vera notat Prætorius index;
Dixisset Populis quam mage vera Deus?

60

Respondit Pilatus: quod scripsi, scripsi.

Invida tabescant Solimorum corda: Pilatus
Dum Christum, firmis damnat & illa notis

61

Milites ergo,cum crucifixissent eum,acceperunt vestimenta sua, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem.

En nudum,qui vestit Aves,Arbusta,Natantes:
O! sciret Miles quas rapit exuvias!

Et

62

Et Tunicam: erat autem Tunica inconsutolis; desuper contexta per totum.
Dixerunt ergo ad invicem: non scindamus eam sed sortiamur de illa, cujus est: ut impleretur Scriptura dicens: Partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et Milites quidem hæc fecerunt.

Et Tunicæ metuenda fuit scissura verendæ,
Maternus dederat cui sacra fila labor.
Heu jactus! impura Venus dedit arbitra Vestē,
Virgineæ mundum quæ fuit Artis Opus.

63

Stabat autem juxta Crucem Iesu Mater ejus, & Soror Matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalene.

Inspice masculei, quæ roboris Heroinam:
Intrepidæ pariter stant, ubi tela, Nurus.

64

Cum vidisset ergo Iesus Matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier ecce Filicis tuus: deinde dicit Discipulo: Ecce Mater tua.

Num gemuere Ambo, potius num gaudia (miscent,
Ambiguum: veri nescia Musa, tace.

65

Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.

Assumas, ex Asse Tibi devoluitur, Hæres,
Res opulenta: parem nec Mare dives habet.

Postea

66

Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit: Sitio.

En tandem vicina mali quæ meta: dolorum
Iliadem claudit, Voce gemente, Sitis.

67

Vas ergo erat positum aceto plenum; illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori ejus.

Communē pecori, communem tigribus undā
Ira negat: prompta est dicere: aceta bibat.

68


Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: consummatum est.

En atri calicis fœx ultima: passus Jesus
Turbida non renuit, quæ dedit ima Pater.

69

Et inclinato Capite, emisit Spiritum.

Emoriar: Domino fuerim pereunte, superstes?
Ah pudet hic Vitam sistere: Jesus abit.



STabat Mater dolorosa
Juxta Crucem lacrymosa,
Dum pendebat Filius.
Jesus abit; stat Mater:Amor,Constantia fædus
Innectunt: istam fletibus ille liquat.
Cujus Animam gementem
Contristantem, & dolentem
Pertransivit gladius. (ictus:
Vivit adhuc, cui grandem Animũ trajecerat
Scilicet hæc cecinit vulnera mira Senex.
O' quam tristis, & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti.
Quæ mœrebat, & dolebat
Pia Mater, dum videbat
Pœnas Nati incliti. (amaror?
Quis memoret quantus Matrem conturbat
Est minor ille Maris,quẽ uada cũcta fovent.
Nõ ẽpti hic fletus,nõ Præfica:Matris Amores
Dant pretium;totum est ingemuisse lucrũ.
Quis est homo qui non fleret,
Christi Matrem si videret
In tanto supplicio?
Quis non posset contristari,
Matrem Christi contemplari
Dolentem cum Filio? (videndo,
Damna nimis miseranda patent: quis tanta
Sit licet ille silex,tẽperet à lacrymis?(tristis;
Prosequere illacrymans, & tristibus addere
Non uno digna est Syrmate mœsta Parens.

Pro

Pro peccatis suæ Gentis
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Sunt tua, quæ Jesus, crudeli Morte, luebat
Crimina; ni dura es fronte, rubesce Reus;
Vidit suum dulcem Natum
Moriendo desolatum,
Dum emisit Spiritum.
Irato similis Pater ipse nec adstat Anhelo;
Pro Patre, ut potuit, visa juvare Parens.
Pia Mater fons amoris
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.
O' tua me pariter trasverberet hasta! sed, ictu
Heu tanto, cuspis forte retusa jacet.
Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum:
Ut sibi complaceam.
Maternũ Ætnæo Tibi Cor magis æstuat igne;
Da (facile, & poteris) concalvisse meum.
Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Grata foret, plaga quæ Dextera figeret Una
Me quoque; si quina, quã mage grata foret!
Sic geminata levem sacri Vexilla Triunphi:
Dis fremeret, fremerent Tartara; victa fremant.
Tui Nati vulnerati
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum divide.
Ah' Tibi ne Jesus vada tristia porrigat Unis
Atrati calicis turbida, & ipse bibam.

Fac

Fac me tecum vere flere
Crucifixo condolere
Don ego vixero. (undas;
Virga olim incuſſa mollitum eſt marmor in
Durior in lacrymas, ſi Cruce tangar, ero?
Iuxta crucem tecum ſtare
Te libentor ſociare
In plantu deſidero. (dum;
Ni Tibi adoptatũ merear Genus eſſe Secun-
Sim geminus fletu, ſim, Pia Virgo, Comes.

LAUS DEO, BEATÆ VIRGINI.

F I N I S.